Rękopis i jego oprawę wyrestaurował introligator Jan Wyżga w r. 1934. Dodano przednią okładkę, której niedostawało, oraz nowe karty ochronne.

libros
Amplius fili mi ne requiras faciendo plures recommendaciones . cum igitur pre-
supradictis teneri me debeam in genere ad recommendandum sacram scripturam et q̄
quod nouiter audictam complacentiam habeam quod non est si quid habeam tamen dicere non
licet enim solum per modernos recommendata est et per antiquos sed et superexcelles
cuius recommendacio facta est per magistrum super excellentissimum scilicet per illum qui verbi
patris potest debitum scire sacram scripturam intitari sicut ex quibus etiam causis eam
recommendat et primo ex parte cause efficientis . Mathei 4to . cum dixit non in solo pane
viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore eius . Secundo ex parte cause formalis
Johannis 10o . ubi dixit non potest solui scriptura in quo dicto tangitur aliquo causa
formalis in hoc quod non potest absolui et alibi celum et terra transibunt verba autem mea
non transibunt . Tercio ex parte finis cum dixit luce 11o beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud . Ex parte vero materie ubi dixit scripturam lucem obiecto nobilissimo
illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum Johannis primo . et
et alibi . per verbum . oderunt me et patrem meum . ut impleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est . In medio igitur recommendatum sacram scripturam tot et talium positum
ego ob meum aperire maxime ad loquendum in eadem ipsa cum eius non sufficio .
et timeo vehementer illud dictum Ecclesiastici xxxii . loqui in medio magnatorum
non presumas et ubi sunt senes non multum loquaris . Dictis sperans de diuino au-
xilio in primo invocato et de magistrorum meorum ac dominorum venia postulata
attemptabo aliquid breuiter dicere velud cecutiens per magistros meos palpitando
ut saltem consuetudinem videar aliqualiter satisfacere mandatum meorum magistrorum
per obedienciam consequendo . Ad cuius prosecucionem repeto thema meum quod assumpsi
in legendo cursum . Misit verbum suum et sanauit eos sicut scribitur psalmo . c vi to

Thema

Reuerendi magistri patres ac domini prestantissimi . Quanta mala inflicta sunt
homini propter inobedienciam et transgressionem diuini precepti nouit qui diuinarum scripturarum
lectionibus et meditacionibus abiectis curis secularibus occupatur . quorum malorum aliqua tangit
beatus Anshelmus in libello cur deus homo sic inquit quod per suasum serpentis
hostis antiqui mulier Eua videns pomum quod esset pulchrum per illud accipiens gus-
tauit et cum cognouisset illud fore dulce ad vescendum tulit deinde de pomo
et obtulit viro suo . qui nequaquam seductus sed mulieris amore a mandato
dei est seductus . plus obediuit voci uxoris quam iussui creatoris et satan
subiungit . O quam lugubris et miseranda comestio per quam gratia dei perditur
homo a gratia dei pellitur atque in exilium mittitur et quod non tantum illis sed omnibus
posteris nocuit . ex quo patet quod omnes nascimur filii ire ad Hebreos 2o
et ut dicit Hugo libro 2o de ala . iuste puniuntur qui licitis abutuntur .
iustius vero puniuntur qui aliena rapere conantur . Sic enim sathanas celum et
prothoplastus perdidit paradisum . ex quo per transgressionem diuini precepti perdita est
gratia . unde propheta dicit in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me ma-
ter mea . et iuste nobis oppressio primorum parentum inflicta est ignorancia ex quo
sciam dei voluntatem reiecerunt cum concordat Augustinus libro 3o de libero
arbitrio capitulo xxxv . propter hoc verba illa enim est pena peccati iustissima ut a-
mittat unusquisque quod bene uti noluit cum sine ulla potuisset difficultate

si voluisset. Iustum enim est ut qui sciens recte agere non facit amittat scire quod rectum sit
et qui rectum facere cum posset noluit amittat posse cum velit. Nam sunt revera omni
peccanti anime duo ista penalia ignorancia et difficultas. Ex quo enim peccatum primi pa-
rentum et divini mandati transgressionem libertas hominis generata aliquo est sublata
et servitus inflicta quia qui facit peccatum servus est peccati. [illegible] vivum innocencie
de miseria humane condicionis proclamat dicens: O gravissima condicio servitutis, natura liberos
nos genuit sed fortuna servos constituit. Cui consonat Augustinus libro de vera
innocencia dicens: nomen et ordinacionem servitutis culpa genuit non natura. Et per [illegible]
subiectos peccatum est sicut scriptum est: Omnis qui facit peccatum servus est peccati. Ubi super
concupiscencia venit difficultas agendi bonum et resistendi malo. Conformiter enim
peccati originalis venit repugnancia legi divine et legi mentis nostre. Quia ut dicit
Ieronimus ad Eustochium quod beatus Paulus apostolus vas electionis et paratus ad
evangelium Christi post ipsius carnis aculeos et incentiva viciorum repressit corpus
suum et servituti subiecit dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem
legi mentis mee et captivantem me in lege peccati que est in membris meis. Ad Ro-
manos vii. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et idem Paulus
ante inquit: Scio quod non habitat in me id est in carne mea bonum. Nam velle adiacet
michi, perficere autem bonum non invenio. Ex quo patet quod hec difficultas agendi bonum
et declinandi a malo non solum adheret hominibus incipientibus et proficientibus ymmo etiam
viris perfectis. Ex quo Paulus raptus in tercium celum illius expers non fuit. Et non sola
ista prima recitata sed plura mala penalia secuta sunt ex peccato originali
de numero quorum omnium terribilium terribilissimum est mors. Hec mors de morte prius secuta est
transgressionem primorum parentum. Loquitur beatus Anshelmus in suis meditacionibus sub
hac forma: O durus et dirus casus, heu quid perdidit homo et quid invenit. Perdidit enim
beatitudinem ad quam factus est et invenit mortem ad quam factus non est. Hodie
venimus a patria in exilium, a visione in cecitatem, a iocunditate in mortalitatem
et ad corrupcionem mortis. O misera condicio humana, quantus dolor, quanta [illegible] que
totum [illegible] miserabilis mortis deus non est auctor teste beato Augustino in libro
questionum veteris et novi testamenti questione xxiii dicente: Non est deus mortis in-
ventor sed iudex. Mortis enim inventor peccatum est. Quod autem deus potuit facere
mortem qui nescit peccatum, ergo dicere ut hoc est adeo efficere, sed deus iuste
iudicans et penas peccato tribuens sic voluit ut pena mortis peccatum sequeretur. Cui
consonat idem Augustinus libro de predestinacione et gracia: mors non est ex condicione sed pena
mortis peccati. Videns enim deus pater ab incarnacione filii afflictorum genus humanum
ac eius omnes infinitas miserias et defectus oculo compassionis intuitus est genus
humanum, unde de Christo dicebat propheta: Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus
timentibus se. Et ideo cum venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum
ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret ut adopcionem
filiorum reciperemus. Ad Galatas iiii. Et hec est maxima caritas qua deus habuit
ad genus humanum. In hoc enim apparuit caritas in nobis quoniam filium suum uni-
genitum misit deus in hunc mundum ut vivamus per eum. Prima Iohannis iiii. Unde
et Augustinus in sermone de tercio octavo de quadragesima et ieiunio: Que maior
caritas esse potuit quam illa que creatorem de celo deposuit et terreno corpore
circumdedit conditorem. Hic enim filius missus a patre post incarnacionem suam

congruunt contrarias miserias perfectionem et occultationem corporis frigora calores
esuriem sitim in suo corpore et ideo tunc factus est magis misericors deus
qui misericordiam et miserationes sue magnum affectum aliquando signis com-
passionis ostendit ut lacrimas flendo super lazarum et super civitatem sanctam Jerusalem
aliquando verbis expressit misereor super turbam et in hac misere valle plures
declinavit circuiens ipse per vicos et castella querens infirmos quibus posset miseri-
ri et quos posset sanare in animabus et corporibus adhoc enim venit in mundum ut
peccatores salvos faceret prima ad thimotheum primo et ut infunderet vinum compunctionis et oleum
misericordie vulneribus sauciati luce x. cui consonans bernhardus super cantica
sic inquit O sapientia quanta arte medendi in vino et oleo anime mee suaviter
restauras nunc fortis suavis et fingunt fortes fortis primo suavis in uno
increpuit morbos remedium intus et peccati vestigia sequitur vita mortem
lux tenebras et antidotum veritatis venenum serpentis. hec ille. Ecce quo
altissima ac divina sapientia volens curare hominem conculcatum se ipsum hominem. unde
Augustinus de doctrina christiana c. xiiii sic inquit sapientia dei hominem curans se ipsam
exhibuit ad sanandum serpentis sapientia decepti sumus dei stultitia liberamur
quemadmodum illa sapientia vocabatur sed erat stultitia contempnentibus deum sic
ista que vocatur stultitia sapientia est vincentibus dyabolum. nos immortalitate male
usi sumus ita ut moreremur christus mortalitate bene usus est ita ut viveremus
quia enim filius dei patris missus est aperte evangelizare scilicet bonam doctrinam
et sanam scripturam removens a nobis tenebrositatem mentalis ignorancie et ideo
cum esset in synagoga quodam sabbato traditus fuit illi liber ysaie luce 4to
quem cum revolveret invenit locum ubi scriptum erat spiritus domini super me propter quod
unxit me ad evangelizandum pauperibus misit me dominus ut mederer contritos
corde et predicarem captivis indulgenciam et clausis apertionem et consolarer omnes
lugentes ysa. lxi. hic igitur filius pro nostra optima salute de abisso
cordis sui eructuavit verbum bonum ac misit eum scripturam patribus inspiravit
et nobis eam in sacro canone conmendavit que sanavit omnia iuxta illud sapientie
xvio sermo tuus sanat omnia. Ecce quod sacra scriptura redditur conceptibilis com-
mendabilis primo ab eminencia preciosa munifice contenta. secundo a munificencia
copiosa magnifice largita. Tercio a lucu lentia generosa clarifice digni-
ficata. Quarto a suavitate deliciosa mellifice salvata. Primum tangitur in
primo verbo thematis qui misit. qui misit de celo qui est altissimus deus. ... qui-
a dominus altissimus super omnem terram de quo contemetur in primo libro. Secundum tangitur
ibi suum quia nos sumus populus eius et oves pascue eius et in hoc apparet
munificentia copiosa magnifice largita quia creavit universa verbo
suo de quo tractatur in 2o libro. Tercium tangitur cum dicitur verbum quia verbum caro
factum est et hec fuit magna dignitas generis humani quod filius carnem
nostram assumpsit et hoc quo ad tercium librum. Quartum tangitur ibi et sanavit
eos iuxta illud suscipite insitum verbum quod potest sanare animas vestras Jacobi primo
et hoc continetur 4to libro merito igitur convenienter assumpsi thema propositum
misit verbum suum et sanavit eos. Dimissis igitur secundo 2 3 et 4to membris causa
brevitatis et fugiendo tedium de cordibus sapientum personarum propterea et ut non
multa loquar inter sapientes sed pocius taceam ut verificetur illud in me
Stultus si tacuerit sapiens reputabitur proverbiorum xvii. Sed et alia membra

recommendacionem sacre scripture dictum est eciam in aliis principiis aliorum librorum particularium libri
Summarum recitabo. Dixi primo quod sacra scriptura reddit se [illegible] ab emi-
nencia prerogative [illegible] gloria eminet et excellit alias sciencias in excel-
situdine dignitatis. Et hoc est ex privilegio originali in plenitudine dignitatis et hoc
est ex intento finali in altitudine utilitatis et hoc est ex permanencia formali in veri-
tate et firmitate et hoc est ex intento materiali. Dixi primo quod hec scriptura eminet et
excellit omnes alias sciencias in celsitudine auctoritatis, quia est ex privilegio ori-
ginali quia est immediate inspirata a deo. Et patet primo. Sicut enim est in corporalibus
sic similiter est in spiritualibus. In corporalibus enim illa que immediate sunt facta a deo
quandam prerogativam habuerunt sicut dicit Crisostomus de vino in quod Christus aquam conver-
tit. Sic est in scienciis et scripturis que ad spirituales profectus pertinent. Hec scriptura
que immediate a deo inspirata est quandam prerogativam dignitatis optinet. Ecclesiastici 24. Ema-
nacio quedam est claritatis omnipotentis dei etc. Sapiencie 7. Hec prerogativa dignitatis figurata
fuit Danielis 2 in statua Nabuchodonosor cuius caput erat ex auro optimo
pectus autem et brachia ex argento, venter et femora ex ere, tibie autem ferree,
pedum quedam pars erat ferrea et quedam fictilis. Hec statua figuram gerit ex diversis metallis
composita scilicet hominis cui quedam sciencie et artes pertinent. Pes enim hominis inferior est quasi
ex ferro et luto quo ad artes mechanicas, media quasi ex ere et argento quo ad
artes morales et speculativas [illegible] [illegible]. Caput autem suprema pars est ex auro purissimo
quo ad sacram scripturam que habet veritates saluberrimas in ea revelatas et ideo sapiencia
ornata est Boecio primo de consolacione philosophie. Vesta prima in specie mulieris que pulsare
celum summo cacumine videbatur, que cum aliquid caput extulisset etiam ipsum
celum penetrabat. Quia ut dicit Augustinus undecimo de civitate dei capitulo primo in ipsius civitatis
dei dicimus, cuius ea scriptura testis est que non fortuitis motibus animorum sed summe
providencie disposicione super omnes omnium gencium literas omnia sibi genera ingeniorum humanorum
divina excellens auctoritate subiecit. Unde Ecclesiastici 2 dicitur: Sapiencia dei precedentem omnia
quis investigabit. Talis enim est huius scripture excellencia quod merito ut aurum
comparetur. Nam sicut inter omnia metalla magis est efficacie aurum. Aurum eciam habet
virtutem, ut dicit Plato, confortativam. Unde eciam aurum comestum confortat omnia membra
que tamen non mutat illa. Hoc enim facit sua assiduitate purgando et a superfluitate
constringendo. Unde eciam valet ad superfluitatem corporis corrosivam sive consumptivam, et ideo
valet contra lepram que leprosos. Et eciam aurum calefactum positum super membrum pilos
ab eo tollit et ultra crescere non permittit. Sic simili modo hec scriptura habet virtutem
confortativam. Unde dicitur Ecclesiastici 7: Sapiencia confortat sapientem super decem principes civitatis
et est eciam superfluitatis remotiva, ut quod dicitur Sapiencie 8 quod Sapiencia sobrietatem
docet. Item est lepre in peccatis immunditia. Item sicut dicitur Proverbiorum 14: Ibi
sapiens timet et declinat a malo. Ipsa eciam removet pilos id est opera carnis
qui pili ex carne et in carne nascuntur. Proverbiorum 7: Dixi sapiencie soror
mea es et prudenciam voca amicam meam ut custodiat te a muliere mala.
Ex quibus patet quod hec scriptura est utilior auro. Nam quod aurum facit corporaliter hoc
hec scriptura facit spiritualiter et ideo Proverbiorum 16 dicitur: Posside sapienciam quia auro
melior est. Et Sapiencie 7 dicitur: Nec comparavi illi lapidem preciosum quoniam omne aurum in
comparacione illius arena est exigua et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu
illius. Secundo excellit sacra scriptura in plenitudine bonitatis qua habet ex intento finali in toto
et istud est rasis [illegible] quod enim ex alto omni principio generatur ad altiorem finem ordinatur et
quod enim tendit in altum ascendit quantum de alto descendit. Attende igitur hic quamvis
in venter sicut dicit circulum et circumd principium sic ad finem circuli et

terenu producit doctrina cum sit et ideo de terra loquitur Joh. iij° et dicit hic in terra
pot relinquitur dicitur 3° sed sacra scriptura sicut a summo celo egressio eius sic occursus
eius usque ad summum eius et ideo de alijs scientijs et de ipsa potest dici illud ysa. lv
sicut exaltantur celi a terra sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris sicut igitur
terra est in sensibilibus quantitas respectu celi quasi punctum sic bonitas et ve-
ritas ceterarum scientiarum comparata est quasi punctum respectu bonitatis ad quam
sacram scripturam conducit et dirigit nos singulis igitur sicut filij agar exquisierunt sapientiam
que de terra est ut dicit baruch 3° sed ut dicit Jeronimus ad paulinum discamus
in terris quorum scientia perseveret nobiscum in celis propterea quod in euangelio dicitur mathei v
gaudete et exultate ecce merces vestra copiosa est in celo Tertio hec scriptura ex-
cellit omnes alias certitudine veritatis quia non humano ornamento sed dominica revelatione
sacra doctrina tenetur per divina revelatione tenetur et alia autem sunt certissima in om-
nibus que quibus visa sunt certa audita sunt audita a deo quamvis infima in gradu
a lumine gratie ... clare ... diuine ... credit ... ut dicit Jeronimus
... et ideo sapiens ... quelibet ... sapientie ... revelata est ... prophete
prophete et apostolus ... sacre scripture dicit hugo libro ... de anima in hac
doctrina ... docetur veritas ... sapit bonitas ... promittitur felicitas nam
deus veritas est sine fallacia bonitas sine malicia felicitas sine miseria
cum est virtus aliarum scientiarum ... ista cum est passio hominis et ista est
virtus ... primogenita ante omnia constitutionem et ideo
doctrina excellit alias scientias ... voragine ... mali ...
... in sacra scriptura excedit limites nature ... sicut dicitur in libro
de spiritu et anima ... sunt ... quod infra nos quod iuxta nos quod supra infra nos
sunt que sensu percipimus iuxta nos que ... supra nos sunt que ... docet
ratio persuadet sed aut divina revelatione ... aut scripturarum auctoritate ...
et hec sunt profundissima misteria de quibus agitur in scripturis sacris ... augustinus libro
super genesim capitulo 3° sua altitudine ... superbos profunditate tenet ... veritate
pascit magnos affabilitate nutrit paruulos quia sicut dicit gregorius xx° libro moralium
capitulo p° quamvis omnes scientias atque doctrinas scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendit
ut taceam quod vera predicat quod ad celestiam patriam vocat quod a terrenis desiderijs
ad superna amplectenda cor legentis immutat quod dictis obscurioribus exercet fortes
et paruulis humili sermone blanditur nec sic clausa est ut pauescere debeat
nec sic patet ut vilescat sed usu fastidium tollit et tanto amplius diligitur
quanto amplius legitur simul verbis adiuvat sublimioribus sensibus levat quod
aliquo modo cum legentibus crescit quod a rudibus lectoribus quasi recognoscitur et tamen doctis
semper nova reperitur et post subdit ad propositum et ut de rerum pondere taceam
scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis suo more transcendit quia uno eodemque
sermone dum narrat textum prodit misterium et ideo dicit saluator apostolis
Math. 13° vobis datum est nosse misterium regni celorum etc. et ideo quod dicitur et
creditur aliquam scientiam istam excellere pertinet in ipsis scientijs vide Cymon de Cassia
libro 1° capitulo xviij° dicit enim cum sit simpliciter licet credit aliquam scientiam istam
excellere hec est in ipsis scientijs pertinere si eius littera intellecta ad quendam subtili-
tates alias de eius ... occultas intelligentias ... subiacet spiritu veritatis
revelatas fateris tibi met plus quam suis doctoribus credis investigacione

doctrine in subtilitate ingenii i varia peritia disputandi maior peritia reape est
est illa que datur virtute divinis dono revelacionis vel infusionis utique divino spiritu
resistitis in qua peccant omnes illi qui modo apposito xpi et doctorum corrigere intuitur
ac si pulcior esset modus eorum quam ille quem docuit pater et filius et spiritus sanctus sequitur
omnibus apparet huius scientie eminentia et profunditas tanta enim est profunditas istius scientie
quod nullo ut est abysso comparatur quod non est attingibilis unde pro istius abyssi attingibiles
profunditates quis (?) [illegible] profundum abyssi quis mensus est et sapientiam dei precedentem
omnia quis investigabit cui questioni respondet sapientia loquens ecclesiastici xxiiii gyrum
celi circuivi sola et profundum abyssi penetravi hoc autem non potest aliqua creatura teste apostolo
ad Roma xi o altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius et investigabiles vie illius tanta ergo est sublimitas huius scientie quod
in nullam creaturam inventa est quod spiritu sancto inflammati locuti sunt sancti dei homines
ii petri i Ecclesiastici xxiiii et cetera non est sed ex ore altissimi prodiit ecclesiastici xxiiii et tum
viribus proportionata non est quia luci comparata invenitur clarior et super omnem dispositionem
stellarum sapientie vii ecclesiastici nulla creatura sibi hanc scientiam dare potuit quia ipsam
non habuit sed liberaliter et gratiose tamquam datum optimum et donum perfectum a patre luminum
data Jacobi i et ecclesiastici i ad sanandum contritos corde et igitur misit pater filium
suum in mundum ut daret verbum suum scientie que sanaret omnes i misit verbum suum
et sanavit eos quod fuit via verius revenacionis loco thematis presupposita
In quibus quidem verbis sit rudis inducatur iuxta materias principales huius libri sententiarum quod
in quatuor libris principalibus pertractatur quatuor innuitur primo innuitur immense divinitatis mira
altitudo et hoc quo ad primum librum secundo tangitur nostri creatoris potentia bonitas
et hoc quantum ad materiam secundi libri tertio ostenditur divina sapientia nobis in carne unita
restaurata et hoc quo ad tertium librum quarto subiungitur perfecte sanitatis restitutio et hoc quo
ad quartum librum primum innuitur cum dicitur misit quia ego ut dicit Augustinus opera trinitatis ad intra
sunt indivisa et ergo tota trinitas misit iuxta illud exodi iii dominus deus patrum nostrorum
deus abraham et deus ysaac et deus jacob misit me ad vos secundum tangitur
cum dicitur suum omnia enim dei sunt eius creatoris et in hoc relucet bonitas creatoris
quia cuncta que creaverat erant valde bona Genesis primo tertium innuitur cum dicitur verbum Jeremie xx
ix suscitabo verbum meum super vos ut reducam eos quartum innuitur cum subiungitur et
sanavit eos iuxta illud actuum xiii viri fratres filii generis abraham et qui in vobis
timent deum vobis verbum salutis missum est sic igitur gerundium de hiis quatuor sunt
quatuor librorum principalium utique libri sententiarum misit verbum suum et sanavit eos sed omissis
tribus membris ultimis generalibus tribus libros ultimos sententiarum de quibus dicam specialiter
in suis locis duo precedente venio igitur ad primum membrum quod dixi quod in verbis premissis
innuitur immense divinitatis summa altitudo tanta enim est divinitatis altitudo ut dicit Augustinus
quod mens de deo cogitans deficiat cum sit incomprehensibilis sensus cum non capit cum sit in
visibilis lingua non explicat cum sit ineffabilis tempus cum non mensurat cum
sit interminabilis locus cum non capit cum sit incircumscriptibilis scriptura cum non explicat
cum sit inenarrabilis virtus cum non attingit cum sit inaccessibilis desideria et
vota transcendit cum sit incomparabilis et sicut omnis creatura ad deum comparata deficit
sic quia finiti ad infinitum nulla est proportio haec autem altitudo immense divinitatis declaratur
primus liber sententiarum in quo magister petrus lombardus nacione alias comestor de tribus
determinat scilicet et secundum hoc dividitur ipsum in septem partes in prima parte ostendit de quibus agit
hec scientia quia de rebus altissimis et signis ostendens in eadem parte quod res fruatur et

vtantur et ideo primo destructionem tractat et quia ideo quibus anima ab infidelibus expeditur ad
contemplandum ea in quibus delectandum est quia spiritus elevatur quia fruitio est finis laborum
et ideo non est eius hominis minus animus et spiritualis probare vinum degustare et
pregustans intelligere ut dicit Augustinus in epistola contra [illegible] et hec pars continet
unam distinctionem scilicet primam. In secunda parte determinat de ministerio altissime trinitatis ac unitatis
in summa quis ordo sit servandus agendo de sancta trinitate et quo in [illegible]
tercium duxit auctoritates quibus astruitur unitas essencie et trinitas personarum et quo in creaturis
appareat vestigium illius altissime trinitatis et in anima rationali ymago trinitatis in qua animus
[illegible] cogitationum tante altitudinis desperaret eo cum ipso ut dicat Augustinus
quoniam quo ad ymaginem dei est ipsius capax et gratie ymo et beatitudinis particeps esse
potest et hec pars incipit in secunda distinctione et continet duas. In tercia parte concludit questiones
circa ea hic dubium utrum deus altissimus genuit se deum vel alium et utrum essencia
essenciam vel persona personam vel principium et de potencia et voluntate gignendi
filium prosequitur inducens nos ad ea que sunt in fide tenenda postpositis erroribus et hec
pars incipit in quarta distinctione et continet distinctiones quatuor. In quarta parte agit de simplicitate
et immutabilitate et simplicitate divine essencie et hec pars incipit in distinctione octava et
continet unam distinctionem. In quinta parte agit de distinctione personarum et de qualibet persona
sigillatim et incipit in nona distinctione et continet 11 distinctiones. In sexta parte
agit de proprietatibus illarum altissimarum personarum utrum sint et quid sint cum persone vel
essencie et de quibusdam nominibus que dicuntur vel proprie vel appropriate de divinis personis scilicet quo
pater cuius proprium est paternitas [margin: et potencia attributum] est a nullo origo sine origine principium sine principio et quo
filius cuius proprium est filiatio et sapiencia attributum a patre procedit per eternam generationem
tanquam principium de principio et origo de origine et quo spiritus sanctus cuius proprium est spiratio
et bonitas attributum ab utroque equaliter procedit et ad creaturas [illegible] mittatur que ideo
facit magister ne in investigatione ita arduorum tam [illegible] a patre tam in [illegible]
quam a filio tam in [illegible] quam accipimus a spiritu sancto [illegible]
tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus primo Johannis v. [illegible]
[illegible] sic testatur pater [illegible] in spiritualium investigatione [illegible] quantum possumus filius
si quantum scimus spiritus sanctus si tamen quantum nobis suggerit [illegible] et hec incipit
in distinctione xxvi et continet octo distinctiones. In prima parte agit de quibusdam que
dicuntur de deo altissimo secundum essenciam que propter difficultatem [illegible] tractatum
requirunt et de sciencia divina cui malicia subest et de presciencia dei quam evadere non
potest de predestinatione sine qua nemo beatus esse potest et de dei omnipotencia et de
divina voluntate omnium causativa [illegible] malicia non habet exemplar et hoc magister
ideo facit ut inducat ad humilitatem timoris et perseverantiam et hec incipit in distinctione
tricesima quinta et continet xiiii distinctiones usque ad finem et quamvis quolibet [illegible]
[illegible] sue altitudinis excedit humanum intellectum tamen altissimus misit suum
suum scilicet magistrum Petrum Lombardum qui cum aliis doctoribus [illegible] sibi
[illegible] scilicet hanc sacratissimam sacram declarans omnibus nobis tam [illegible] debilis
doctrinam qui aliis audientibus intellectum aliqualiter eorum verborum [illegible]
xviii [illegible] sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis. Illuminat scilicet
animam sanando Mathei viii. tamen dic verbo et sanabitur anima mea. Et intellectum dat
sed tamen hoc verbum non omnes capiunt Mathei xix. Aliqui enim audientes hoc verbum

scandalizati sunt sicut pharisei Mathei xv. Alii autem non sunt scandalizati et qui beati sunt iuxta illud Ecclesiastici xiiii°: Beatus vir qui non fuit lapsus in verbo. Et Jacobi iii°: qui in verbo non offendit hic perfectus est. Et igitur in isto verbo consolabuntur sicut in Actibus Apostolorum xv, videlicet Judas et Sylas verbo plurimo consolati sunt fratres. Quapropter loquamur verbum dei cum fiducia Actuum iiii° et audiamus hoc verbum quod factum est via per vitam eternam consequendam. Dicit dominus Lucae xxiiii°: qui me elucidant vitam eternam habebunt. Et 2° Johannis quinto: qui verbum meum audit et credit habet vitam eternam quam nobis prestare dignetur missus in medium per redemptionem generis humani qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Utrum viator per studium sacre theologie possit ad evidentiam veritatum theologicarum de communi lege pervenire. Et arguitur ad partes quod non. Et primo quia questio sit vana per studium theologie aut acquiritur fides aut opinio aut scientia de veritatibus theologicis. Non potest dici primum quia secundum Augustinum [illegible] decimo capitulo primo: multi fide pollent qui hac scientia non pollent et loquitur de theologia. Nec per studium acquiritur opinio quia opinio est cum formidine. Sed theologicum studium non est cum formidine quia si sic, sequeretur quod studium theologicum esset periculosum quia induceret formidinem. Relinquitur igitur tertium scilicet scientia et per consequens questio vana. Et confirmatur: intellectus viatoris est naturaliter capax cuiuslibet veri et sic est veritatis theologice cognoscitivus. Sed antecedens: non enim potest esse intellectus respectu veri cuiuslibet quam voluntas respectu naturaliter boni. Sed voluntas conformiter naturaliter amativa cuiuslibet boni et intellectus est naturaliter cognoscitivus cuiuslibet veri et cognoscitivus antecedens non est ex eo quia sicut bonum est primum obiectum voluntatis ita verum est primum obiectum intellectus, secundum philosophum vi° Ethicorum. Et igitur quod intellectus viatoris est in potentia naturali respectu cuiuslibet veri et per consequens potest ad similitudinem evidentie veritatis theologice naturaliter attingere.

In oppositum arguitur: veritates theologice non possunt intelligi nisi fide precedente et igitur de communi lege per studium sacre theologie sine fide non potest pervenire viator ad evidentiam veritatum theologicarum cognitarum. Sed antecedens patet per illud Ysaie vii°: nisi credideritis non intelligetis. Et probatur: quia principia theologie sunt mere credita et igitur per discursum non acquiritur evidens veritatum theologicarum cognitio quia per discursum non potest esse magis evidens conclusio ex eo quod premisse a quibus conclusio ex eo ymo magis nec conclusio potest esse evidentior premissis a quibus eius evidentia educitur. Sed antecedens patet per Dyonisium de divinis nominibus capitulo 2° ubi dicit: non assentienti eloquiis sacre scripture non potest manuductio fieri ad theologicam scientiam et per consequens quod sciat.

Antequam accedo ad questionem istam primo premitto laudabilem consuetudinem in scolis theologicis fieri consuetam. Scilicet quod non intendo aliquid dicere vel asserere quod sit contra determinationem sancte matris ecclesie vel contra approbatos doctores vel quod sit piarum aurium offensivum. Et si quod absit aliquid tale dixero vel per lapsum lingue vel communem ignorantiam que est multiplex et magna in me, illud revoco communiter sicut dixi et correctioni et habeo pro non dicto subiciendo me et omnia premissa et in posterum etiam

hic librum vel ext^a dicenda correctioni meorum magistrorum et illorum omnium quorum
interest de iure communi vel ex privilegio speciali curantes corrigere et ad viam veritatis
reducere ymmo non tantum doceri et corrigi in materiis theologicis desidero per magistros
et doctores huius sancte facultatis sed eciam per minores et parvulos quibus divina
misteria sepe revelantur Mathei xi non verebor informari et hac protestacione
tamquam medicinali contra morbum generantem pravitatis passumo ne inficiar si aliquid
quod sit fidei visum fuero dubitare quia quamvis dubium in fide cesset infectio
tamen illud depromatur dubitative intelligi ut dicunt doctores ac hac laudabili
protestacione premissa venio ad decisionem questionis quam divido in quatuor articulos
In primo videbitur an viator ex puris naturalibus naturaliter possit ad noticiam cuiuslibet
veritatis devenire Secundus erit an theologus intelligat perfecte veritatem Tercius erit an quilibet
intencionem suorum studiorum debeat dirigere in theologiam velud in finem quo semel
eam debite ordinare Quartus erit de quesito Quantum ad primum noto quod viator
est qui non habet premium beatificum sibi de communi lege possibile et est in statu merendi
vel demerendi aut esse potest de communi lege per primum excluduntur beati existentes in paradiso
per secundum sibi de communi lege possibile excluduntur dampnati existentes in inferno quamvis
licet possint habere beatitudinem de potencia dei absoluta non tamen de communi lege per
tercium scilicet et est in statu merendi excluduntur anime existentes in purgatorio per
ultimum membrum quod additur aut potest esse etc includuntur infantes et furiosi qui
carent libertate arbitrii qui licet ut sic non sint in statu merendi vel demerendi
tamen de communi lege aliquando possunt esse Ex ista diffinicione sequitur corollarium quod non omnis
viator est in statu merendi patet de existenti in peccato mortali Secundo sequitur non omnis
viator est in statu demerendi patet de beata virgine que non fuit peccatrix et tamen
viatrix Tercio sequitur omnis viator compos racionis potest mereri vel demereri patet
ex dictis Secundo noto quod licet veritas diversimode describitur per doctores anti-
quos tamen est descripcio ipsius quam dedit ysaac dicens veritas est adequacio rei
et intellectus cui quo videtur concordare etiam Anshelmus libro de veritate qui
veritas est rectitudo sola mente perceptibilis quam descripcionem tangens beatus Thomas
questione prima de veritate dicit communis rectitudo ista consistit in quadam adequacione et ex hoc
sequitur quod ex quo veritas importat quandam adequacionem que consistit in commensuracione et communiter ex hoc
denominatur aliquid verum sicut denominatur aliquid mensuratum et quia aliquid denominatur
mensuratum dupliciter uno modo a mensura intrinseca ut corpus dicitur mensurari linea superficie
et profunditate tamquam a mensura intrinseca alio modo aliquid mensuratur mensura extrinseca et
ex hoc denominatur mensuratum ut locatum loco pannus ulna et cetera sic similiter
aliquid potest denominari verum ab intrinseca scilicet veritate que est in ipsa re sicut
a forma inherente sicut albus denominatur sanguis a qualitate forma sua aut sanus
dicitur que veritas secundum beatum Thomam ubi supra questione prima nichil aliud est
quam entitas intellectui adequata maxime divino vel intellectum sibi adequans
secundum conformitatem et sic beatus Augustinus diffinit veritatem in libro soliloquiorum dicens verum
est illud quod est sicut videtur et Avicenna in sua methaphisica veritas cuiuslibet rei est pro-
prietas sui esse quod stabilitum est ei et sic dicitur ens et verum convertuntur et cetera et
ideo eius verum quodque sicut se habet ad esse sic se habet ad veritatem Alio modo aliquid deno-
minatur verum a veritate extrinseca et sic denominantur omnes res a veritate prima in quantum

commensurari seu coadequari veritati prime hoc est veritati divini intellectus que est ipse deus secundum
sanctum Thomam in prima parte questione xvi articulo 1o. Secunda veritas logicis xiiijo huius ergo sed
vera veritas et veritas deque dicitur veritate videtur sonare aliqualiter vera philozophi 2o metaphisice
v 8o veritas quod possessionibus ea ut sunt vera commensurari autem et coadequari aliquas
res tali veritati non contradicitur sed secundum quod coincidere sequitur sic sunt vel fiunt sicut
in mente divina precepte sunt inquantum implent illud quod decus est ordinatum ab
intellectu divino ut tangit beatus Thomas in prima parte questione xvi articulo 8o. Velud domus
vel alia res artificialis dicitur adequata conceptioni sive intellectui artificis inquantum
sic fiunt sicut fuerat precepta sic veritatem capit sanctus Thomas ubi supra articulo 6to. Si loquitur
de veritate secundum quod est in rebus sic omnes sunt vere prima veritate cum unumquodque assimilatur
secundum entitatem et sic licet sint plures essencie seu forme rerum tamen una est veritas divini
intellectus secundum quam omnes res denominantur vere. Hec ille. Sic eciam loquuntur aliqui
philosophi circa 6tum metaphisice quod res intellecta a deo dicuntur vere conformiter seu convenienter
ad intellectum divinum a quo dependent et hec non a veritate prima potest eciam denominari
enunciacio vel vera ut dicit beatus Thomas questione nona de veritate. Veritas que est in intellectu divino
mensuratur a rebus quia dicitur veritas est adequacio intellectus ad rem vel ad res
quibus res mensurat et denominantur a veritate prima hec igitur quod non solum veritas rei sed eciam
veritas intellectus vel enunciacionis que in intellectu est a veritate prima denominatur. Hec ille.
3o aliqui denominantur a veritate complexorum sive expositorum prout loquitur philosophus de veritate circa
finem sexti metaphisice. Dicitur unde viij quos assimilacionem in proposito hec igitur veritas principaliter
ponitur in mente prout ibidem testatur philosophus viij et similiter non sunt in rebus ut bonum
et malum sed in mente. Et infra cuiusque complexio et divisio est in mente et non
in rebus. Attribuitur tamen talibus veritas dicitur eciam quoniam propositionibus vocalibus et scriptis inquantum
significat veritatem in mente sicut urina dicitur sana inquantum est signum sanitatis ut eciam
vult beatus Thomas in parte prima questione xvi articulo sexto et secundum Albertum magnum super
predicamenta et super librum Periarmenias. Talis veritas eciam potest esse in re et hoc causative quia
res est causa quare ipso dicitur vera quia ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera
ut dicitur in predicamentis. Ergo denominatur vel denominari potest aliquid verum quocumque modo
edita vel scripta vel alia manifestacione secundum hec dicimus istud est verum quia sic
scriptum est in ewangelio vel quia talis dixit vel a tali auditum est. Et propter hoc
venit locus ab auctoritate et inde venit quod dicitur aliquis intelligere talia vel talia
scriptura et sic eciam dicitur quod fides innititur veritati prime hoc est illis que sunt audita
a deo seu manifestata que falli non potest ut dicit beatus Thomas 2a 2e questione quarta articulo
quinto et in prima parte questione prima articulo 8o. Confessus sic statibus sit prima conclusio hec:
intellectus viatoris est naturaliter capax passive cuiuslibet agnite veritatis. Probatur
conclusio per Augustinum in libro de spiritu et anima ubi dicit ad similitudinem tocius
sapiencie facta omnium in se similitudinem gerit. Et philosophus 3o de anima dicit quod intellectus
est quodammodo omnia et probatur ratione nichil generit passive ad intellectum cuiuslibet
veritatis nisi naturalia ipsius intellectus igitur cum suis naturalibus est passivus in potencia
passiva ad agnicionem cuiuslibet veritatis generatur sed antecedens patet quia nec obiectum
nec situs nec quodlibet aliud potest impedire nudam potenciam potest dici quod sit intellectus
receptiva patet quia omnia ista dicta generunt effective et per ista conclusio eciam est conformis
ad oppositum. Conclusio 2a: intellectus viatoris non potest cum solis naturalibus ad
cuiuslibet veritatis agnicionem pervenire. Probatur conclusio quia apostolus 2e Corinthiorum iijo
ubi dicit non sumus sufficientes cogitare aliquid quasi ex nobis tamquam ex nobis

ab auctoritate

Ubi gloza dicit cogitare bonum ex nobis non est ex nobis sed ex gratia dei et sunt
verba Augustini de predestinacione sanctorum Est illa conclusio patet per beatum Augustinum
xiiii° de civitate c° iiii° ubi dicit desperata fidem generis de hybridibus que
ignorare non licet vel expedit nec per nos nosse ypocrisi sunt et prima ratio
viator non potest ex solis naturalibus cognoscere veritatem articulorum fidei igitur ergo vera conclusio
antecedens 2^e quia si sic tunc superflueret fides infusa quod non est dicendum Ex istis duabus conclusionibus
sequitur primum corollarium intellectus viatoris multarum veritatum est capax passive quarum
tamen cognoscere non est efficax active patet conclusionibus Corollarium 2^m viator tenetur multis
veritatibus assentire non per se notis nec ex per se notis deductis patet ex 2^a conclusione
Corollarium 3^m viator precise ex se non potest assentire cuilibet veritati ad salutem necessarie
patet de articulis fidei Corollarium quartum intellectus potest assentire alicui propter cognicionis
firmitatem nullam rationem cogentem patet de credendis Conclusio 3^a viator non potest ex se precise
cuilibet agnite veritati conformiter agere patet quia non potest illi veritati agnite se
conformare secundum precepta dei sunt servanda omnia peccata sunt vitanda et de aliis
multis veritatibus quas cognoscere potest viator vel habere igitur conclusio vera Est
confirmatur quia si posset cuilibet agnite veritati conformare sequitur quod viator ex solis
naturalibus posset mereri quod est error pelagii Consequentia quia esset meritum posset
esse agnite veritati ex solis naturalibus et si huic conformaret sequitur propositum Corollarium
primum viator sine gratia non potest cuilibet recto dictamini se conformare patet conclusionem
cum viator possit habere rectum dictamen quod deus est incomparabiliter diligendus et tamen
illi non possit se sine gratia conformare Corollarium 2^m illud augustini non valet
viator sine gratia habet rectum judicium quod deus est super omnia diligendus igitur deum
sine gratia viator potest super omnia diligere patet quia antecedens potest fieri viii de gratia legere
et glossas filium et hereticum ut patet per beatum Augustinum octuogesimatertia questionum conclusio
2^a sic dicentem non quod naturalis ratio dictat natura potest per naturalia sua principia natura
omnia legis precepta inquit Augustinus et de dictamine legis naturalis et tamen hoc
sine gratia dei implere non potest Corollarium 3^m viator sine gratia gratificante potest
velle cuilibet judicio recto dato se conformare non per obstante peccata conclusionem
patet quia quidquid potest esse ab intellectu presentatum voluntati sub ratione boni hoc
potest voluntas velle cum bonum sit obiectum voluntatis ex 1° ethicorum Et intellectus
potest voluntati presentare illud quod recta ratio dictat sine gratia igitur viator potest
velle se illi conformare consequentia et antecedens patet et secundum non est de se dei quia
nichil volitum nisi cognitum 3° ethicorum Corollarium 4^m non eo ipso quod aliquis
vult diligere deum super omnia existens in mortali peccato potest sic diligere deum est in
peccato mortali patet ex conclusione Corollarium 2^m licet eo ipso quo aliquis vellet perficere
precepta actualiter non tamen sic vult mereri eo ipso actualiter meretur licet omnia pateret
per apostolum ad romanos 7° dicentem velle michi adiacet perficere autem non invenio et
per beatum Augustinum de gratia et libero arbitrio c° xxv° dicentem qui vult se facere
mandata dei et non potest iam quidem habet bonam voluntatem sed invalidam et parvam
et tamen de primo

De Secundo articulo

Circa secundum articulum in theologia inutiliter prestatur veritati fermentato distinctionem
de veritate dictam in primo articulo Conclusio prima loquendo de veritate secundo dicta theologia
viatoris non invenitur prestatur veritati patet quia nulla talis veritas est prestatur

p^m cor^m

2^m cor^m

3^m cor^m

4^m cor^m

9° 3^a

p^m cor^m

2^m cor^m

[illegible]

[illegible] 3^a p^e

[illegible]

9^a p^a

quia nulla entitas creata prima seu creata deum est perpetua. Similiter nec theologia viatoris etiam
quocumque modo capiatur sive in scripto sive in voce sive in mente humana est perpetua et probatur
gelon est expresse beatus Thomas questione nona de veritate ubi dicit si accipiamus veritatem verorum creatorum
eis inherentem quam invenimus in rebus et intellectu creato sic veritas non est eterna
nec rerum nec enuntiabilium cum ipse res vel intellectus quibus ipse veritates inherent non
sunt ab eterno. Corollarium primum nulla res creata prima enim est perpetua patet ex eodem. Corollarium 2m
patet et primo prima dicens quod scientie sunt perpetue veritatis aliter capit veritatem quam hic in eodem
Conclusio 2a loquendo de veritate 2o theologia viatoris non magis quam alie scientie in veritate
perpetue veritatis patet per beatum Thomam questione nona de veritate ubi dicit si autem accipitur veritas verorum
creatorum qua denominantur omnia vera sicut ab extrinseca mensura que est veritas prima
sic omnium rerum et enuntiabilium et intellectuum veritas est eterna propter eum omnes res seu
omnes enuntiationes ab una prima et perpetua veritate denominantur in omnibus veritas
ut est perpetua. Corollarium primum prima veritas increata est causa et exemplar omnium aliorum verorum
et ratio requisita ad eorum veritatem patet quod non potest esse aliquid creatum verum nisi quod
primum verum increatum causet et conservet et ut exemplar ipsum quodcumque verum creatum re-
putat. Iam dicit Augustinus super psalmo primo prima veritate quod deus est vera sunt omnia
et concordat Anshelmus de veritate capitulo ultimo et ultimo ubi ponit una veritate verum esse
quod verum est et omnium verorum una est veritas que est deus. Corollarium 2m impossibile est rem
creatam esse veram eciam si non veritate prima fabricata fuerit et actuetur in sua prin-
cipali veritate. Conclusio 3a loquendo de veritate 2o et veritate perpetue theologia viatoris non
in veritate potius aliis scientiis plus perpetue veritatis quia scientie in aliis scientiis eciam
respiciuntur tamquam veritas perpetua patet quia dicit prima prima parte demonstratio fieri ex veris et primis ut liber
aliter se habet et primo posteriorum et 6to ethicorum scibile est perpetuum. Corollarium quamvis propositiones
non sunt perpetue veritatis capiendo perpetuum proprie tamen sunt similiter propositiones possunt dici
perpetue veritatis primo posteriorum non est eciam dictus 1a pars patet quod propositiones sunt perpetue veritatis quod si
perpetue primo posteriorum non est eciam quam ipse et quelibet eius consequens quandocumque formantur sunt vere et non
formantur sunt vere vel quod ipse et quelibet eius consequens quandocumque formantur sunt vere et non
possunt non esse vere stante ipsarum primaria impositione significationis vel impossibile est quod
possunt non esse vere stante ipsarum primaria impositione significationis vel non fuissent re sicut sunt fuisse
ipse formate non esset ita sicut ipsa significant vel non fuissent re sicut sunt fuisse
se suo modo destructio et possibile. Conclusio 4ta Habet scripturae potius scientiis in veritate
perpetue veritatis loquendo de veritate 2o preter omnes alie scientie a theologia in auctoritate seu in veritate
humana fundatur theologia vero fundatur in revelatione tamquam in auctoritate divina que est perpetua
in 2o quia ut quia veritas est id quod fundat patet per antecedens patet ex hoc alie enim scientie a theologia
quia veritas est fundata quia 2m rationem humanam in veritate ut
dicitur humana tamquam in auctoritate humana fundata quia 2m rationem humanam in veritate ut
tangit beatus Thomas prima parte questione prima articulo primo et eciam beatus Thomas in 2a 2e questione certa articulo
dictatur ubi dicit quod veritates intellectuales ut scientia sapientia et intellectus possunt
a philosopho 6to ethicorum in veritate humana ratione aut fundatio non est perpetuum utrum ex prima
gelon 2a pars probatur sed quod theologia fundatur in revelatione divina patet quia spiritus sanctus est
auctor et assertor ipsius patet hic de testamento veteri et presertim de libris Moysi
quia locutus est deus Moysi cum quibus illa scripta sunt quod deus asseruit et composuit utrum per
illos libros de libris Salomonis est patet expresse ex textu biblie quod auctor
istorum est spiritus sanctus quia Salomon petiit sapientiam magnam adeo et optinuit ut
omnes qui ipsum in ipsius presentiam veniebant cum sapientia divina in ipsius libros plures condidit
et conscripsit. Et patet de scriptis prophetarum quas deus composuit et asseruit propheta

namque ymitatores et notarii harum scripturarum fuerunt sicut Baruch notarius fuit Jere-
mie de quo dicitur Jeremie xxxvi° quod Baruch scripsit ex ore Jeremie omnes sermones
domini. Secundum patet 2a Petri primo ubi dicitur non enim voluntate humana allata est aliquando
prophetia sed spiritu sancto inspirati sunt prophete et locuti sunt sancti dei homines. Et 2a ad Thimo-
theum iii° loquens apostolus de sacra scriptura omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad do-
cendum. Sed de scriptoribus evangeliorum patet Johannis xvi° cum Christus dixit discipulis suis
cum venerit ille spiritus veritatis ille docebit vos omnem veritatem. Sed quod talis revelacio
sit perpetue veritatis patet primo ps. xxxxv Dominus custodit veritatem in seculum seculi. Et post
deus qui est veritas perpetua est auctor sacre scripture. Sed auctori suo aliquid non
congruere dicatur immitti immitti perpetue veritati. Prima pars patet per beatum Thomam prima parte
questione prima articulo x° quod auctor sacre scripture deus est. 2a pars non. Corollarium primum
Sacra scriptura est infallibilis et irrefragabilis veritatis patet corollario Johannis x° ubi Christus
dixit non potest solvi scriptura ubi glosa interlinealis non potest falsitatem arguere. Corollarium
2m Sensus litteralis sacre scripture loquens assertive est verus ubique cum est a spiritu sancto
qui nunquam fallit nec fallitur. Corollarium 3m Talis sensus sacre scripture nunquam potest sub-
esse falso et hoc vult beatus Thomas in prima parte Summe questione prima articulo x° in responsione
dicens quod sensus litteralis est quem auctor intendit ~~auctor~~ autem sacre scripture deus est
qui omnia simul comprehendit et ideo infert quod sensus litteralis sacre scripture nunquam
potest subesse falsum quia omnes veritates ipsius vel sunt revelate vel inspirate a deo
vel ex illis tamquam principiis deducte seu per modum artis deductionalis ut faciliter potest
patere volenti discutere processum theologicum. Corollarium quartum: Sacra scriptura continet sensum determina-
tum intentum a spiritu sancto in ipsa contentum patet quia si non haberet sensum certum sed incertum et vacuum contra-
rias fabulas et fictiones ut sic diceret eundem textum ipsam mentem ut apparet eis exponentibus vel
Et filius ad spiritum sanctum. Spiritus sanctus vero non dicitur principium nisi ad creaturas, ad quas etiam et pater dicitur principium, et filius, et trinitas ipsa simul, et singula persona principium de creaturis. Pater igitur principium est sine principio, filius principium de patre, spiritus sanctus principium de utroque, id est de patre et filio.

Clam enim in quo ponit [illegible]

[illegible]

Et pater ab eterno principium est filii et pater est filio

[illegible]

principium spiritus sancti, quia filius est a patre, spiritus sanctus ab utroque. Spiritus vero sanctus non ab eterno principium est, sed esse cepit, quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Sed cum ergo creature esse ceperunt, et spiritus sanctus cepit esse principium earum, sicut et filius esse cepit cum spiritu sancto unum principium creaturarum, quia creature ceperunt esse a patre et filio et spiritu sancto. Et dicuntur hi tres, tres non tamen principia, sed unum principium omnium creaturarum, quia uno eodemque modo principium earum sunt; non enim aliter sunt res a patre, aliter a filio, sed penitus eodem modo. Apostolus intelligens hanc trinitatem esse unum rerum principium ait: Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.

Hic etiam potest magister inmovere dubium cum dicit aliquis ex quo omnia sunt ex deo, ergo peccata sunt ex deo. Videtur magister quod hic omnia debemus intelligere que naturaliter sunt, sed peccata naturaliter non sunt, sed vitiant et nascuntur ex perversis voluntatibus peccantium. Deinde concludit ut patet. Quomodo accipiendum sit omnia ex deo.

Cum vero audimus omnia esse ex deo, ut ait Augustinus De natura boni, omnes utique naturas intelligere debemus, et omnia que naturaliter sunt

Non enim ex ipso sunt peccata, que naturam non servant sed viciant; que ex voluntate peccancium nata sunt. Omnium ergo que naturaliter sunt, unum principium est pater cum filio et spiritu sancto; et hoc esse cepit

Hic magister declarat omnes concordancias per Augustinum v de trinitate cum verba ponuntur in litera. Et primo declarat quod pater semper fuit principium filii et eternaliter et pater et filius eternaliter sunt unum principium spiritus sancti. Deinde declarat quomodo filius est principium creature. Et tandem ibi "Si autem" etc. declarat de spiritu sancto, quia omne operans aliquid vel gignens est principium illius rei quam operatur vel gignit. Sed spiritus sanctus manens cum ipse omnia operatur, et operatus est cum patre et filio; ergo ipse spiritus sanctus cum patre et filio est unum principium creature. Et hoc idem magister concludit. Post verba ibi litera et patet.

Ab eterno pater est principium filii, et pater et filius principium spiritus sancti.

Ab eterno autem pater principium est filii generatione, et pater et filius unum principium spiritus sancti. Unde Augustinus in v libro de trinitate ait: Dicitur relative pater, idemque relative dicitur principium. Sed pater dicitur ad filium principium, vel ad omnia que ab ipso sunt. Item principium de filio. Cum enim diceretur ei: Tu quis es? Respondit: Principium, qui et loquor vobis. Sed numquid pater principium? Primo creatorem se voluit ostendere, tunc se dixit esse principium, sicut et pater principium est creature, quia ab ipso sunt omnia. Cum vero dicimus et patrem principium et filium principium, non duo principia creature dicimus.

quia et pater et filius sit unum principium ad

creaturam, sic unus creator. Hic adiungit de spiritu sancto quod ipse principium sit

Si autem quicquid in se manet et gignit vel

operatur aliquid principium est eius rei quam gignit

vel operatur, non possumus negare etiam spiritum sanctum

recte dici principium, quia non eum separamus ab appella-

tione creatoris, quia scriptum est de illo quod operetur et utique

in se manens operatur, non enim in aliquid eorum que

operatur ipse mutatur et vertitur. Unum ergo principium

ad creaturam cum patre et filio est spiritus sanctus,

non duo vel tria principia. Ecce aperte dicit augustinus

patrem et filium et spiritum sanctum esse unum principium

rerum creatarum, vel uno eodem quod non esse principium

et illud modum satis aperit quia sic operantur

omnia, et quia sunt operantes hii tres.

ideo unum principium esse dicuntur.

Capitulum xiii in quo magister ostendit modos principiandi

principium spiritus sancti. pro eo quia sicut pater et filius respectu creaturae dicuntur unus creator unus deus unum principium ita respectu spiritus sancti dicuntur unum principium et unus spirator.

Deinde ostendit quod pater sit principium filii et ipse et filius principium spiritus sancti

Deinde in eodem libro continue ostendit quomodo dicatur principium ad filium et ad spiritum sanctum ipse et filius dicens. Ideo patrem esse principium filii quia genuit eum et patrem et filium esse principium spiritus sancti quia spiritus sanctus procedit vel datur ab utroque. Sicut enim ita. Si gignens ad id quod gignit principium est pater ad filium principium est quia genuit eum. Utrum autem et ad spiritum sanctum principium sit pater quia dictum est de patre procedit non parva questio est. Quod si ita est non iam principium eius tantum rei erit quam gignit aut facit sed etiam eius quam dat et que procedit ab ipso. Si ergo quod datur vel quod procedit principium habet a quo datur vel procedit fatendum est patrem et filium principium esse spiritus sancti non duo principia sed sicut pater et filius ad creaturam relative unus creator et unus deus dicitur sic relative ad spiritum sanctum unum principium. Ad creaturam vero pater et filius et spiritus sanctus unum principium sunt sicut unus

creator et unus dominus. ut q dicat filium non esse ab initio sed ab initiabili

Ecce hec q pater principium filii dei q genuit eum

Dicit magister q omne prima lingua talis infert conclusionem tale. q ea ratione pater dei principium filii qua deus pater eius et auctor eius et ad hoc q sit auctor eius allegat hylarium in ii de trinitate ubi vult q etiam confitetur originem filii esse ab initio et tamen negat filium esse ab initio sed credit eum esse ab initiabili, quod ipse met exponit scilicet q sit origo filii est ab initio id est a patre sed tamen filius non habet initium temporis et filius dicitur licet filius sit principium de patre non tamen credendum est q filius habeat principium sive inceptionis vel temporis q eternus pater eternus filius.

Qua ergo ratione est pater ea principium filii dei i. generatione, secundum quam etiam dei auctor filii. unde Hylarius in .ii. li. de trin. ait: Ipso quo pater dei eius qui genuit, auctor ostenditur, id habens nomen quod neque ex alio profectum intelligitur et ex quo is qui genitus est substitisse doceatur. Novit etiam unum innascibilem deum, novit unigenitum dei filium, confitetur patrem ab origine liberum, confitetur et filii originem ab initio, non ipsum ab initio sed ab initiabili, non per se ipsum sed ab eo qui a nemine est natum ab eterna nativitate scilicet ex paterna eternitate eternitatem sumentem. Reddita est hic fidei professio sed professionis ratio nondum exposita est et ideo

quendam scilicet quo intelligendum sit quod aut

filii originem esse ab innato et non ipsum esse ab

innato sed ab innascibili (Require ex quo sensu illa verba dixit Hylarius)

Hoc utique subdens determinavit quo accepit

innatum inquiens originem filii esse ab innato ac

si diceret non ita intelligas originem filii esse ab

innato ut ipse filius habeat initium sed quia

ipse est ab innascibili id est a patre a quo sunt omnia

Nam licet filius sit principium de principio non tamen

concedendum quod filius habeat principium. Cumque filius

sit principium de principio et pater principium non de principio

non est principium de principio principium sine principio sic

filius non est pater neque duo tamen principia sed unum sicut

pater et filius non duo creatores sed unus creator

Sequitur [illegible] in quo Augustinus movet hanc questionem utrum pater et filius sint unum principium spiritus sancti utrum eadem ratione pater sit principium eius qua filius est principium vel alia respondet quod eadem ratione qua pater filius eodem modo prodit et datur ab utroque [illegible] spiratur a patre et filio [illegible] dicendi in divinis et in creaturis de hoc quia oppositio in creaturis supposita distincta sunt per esse ideo etiam [illegible] distincta posse eo quod [illegible] et unitate et multiplicitate accipiunt a suppositis sed in divinis suppositis unicum est esse et ideo etiam proprietas unica nec multiplicatur secundum esse sed solum [illegible] personalem et [illegible]

et filius vniat notde z' m mq sicut pn'a spus scti ipe ponit vez gnis distinctionem vtz z' formam no inueniq nisi dupt vnus z' quod aliquod que distinguit p plures rones spales sicut sb gnus distinguit in plures spes alio z' quod na spalis distinguit in plura z' mq hic aut mod z' no pt esse i diuinis qz dupt rone prima e qua mltiplicacio z' mq vnius spa no e qz aliquo formali adducto sed solu e qz mali principio diuiso ma aut no e i diuinis z'a ro qz na spalis no mltiplicat nisi z' esse quod in diuisis habet qz tota qtitas cpleta est in spe in diuinis aut no est nisi vnum esse no pt ergo esse qz aliquod dem z' rone spalem i diuinis mltiplicet mo et ps reluugt qz quicqd est in diuinis vel rmaneat indistinctu et vnu mo pt est na quo tby pronus vel qz habeat vez qnez distinguibile z' plures rones spales pd rela qms est ttius no tn vna mo sed alia et alia z' vez distincta Ad ergo spuaco nomet spale rone principy z' spale mod olginis ipse est nisi qz st vna mo a pre et a filio rev sps scti et h e qz mgr Cum

pr et filius sint vnu principiu spus quer an eadem nocione

Unu autem principiu est pr et filius non tm creaturaz ut supra dtm est sed etia spus sci ideo queri solet vtz eadem notione pr sit principiu spus sci et filius an sit alia notio qua pr dicitur principiu spus sci et alia qua filius Ad quod dicim cu pr dicat principiu sps sci et filius quia spus scus procedit vel dat ab vtroqz nec alit pcedit vel dat a pre qm a filio sane intelligi pt prem et filiu eade relacde vl notde dici principiu spus sci

Hic mgr querit que sit illa notio vel pptas de qua dcm e statim supra qua pr et filius dicuntur vnu principiu et videt qz nec e prnitas nec filiacio nec habet vnu nom oppositum et est notio seu pptas etiam qua ab ea pr et filius sunt pn'a spus sci et z' illaz nocione no dr donator quia donator dicit qz tpe sed tn qz nom illius notois e ipse tmg qmb spiracio Queritur cur pr et filius no dicant vnu pn'a sicut nec duo vnu dg

dicit b. tho. ideo non dicitur quod articulato per ly id significata includit unitatem supp[ositi]
sed ergo non dicuntur pater et filius unus spirator sed dicuntur unum principium spiritus
sancti dicit b. tho. spiratio imponitur ab actu et similiter spirator et ideo sunt adiective vel
adiectiune. In talibus autem que significant pluraliter pluralitas non attenditur ratione forme
signate sed solum ratione suppositorum ut dictum est super distinctione ix et ideo non est simile de spiratore
et de creatore nec principio quia spiratio non sit communis personis propter quod distinctis in suppositis
sed creatio communis est divine essentie et ideo est communis suppositis indistinctis sicut essentia sicut
id quod est hoc nomine deus et ideo sed pater et filius dicuntur unum quod est et unus deus ita
et unus creator non tamen dicuntur unus creans quia principium est adiective. **Queritur que sit**
notio qua pater et filius dicuntur principium spiritus sancti

Si vero queritur que sit illa notio qua ibi notatur

principium nomen eius non habemus. Sed non est ipsa

paternitas vel filiatio immo notio quedam que

est patris et filii qua ab eterno pater et filius unum

principium sunt spiritus sancti. Donator autem ut proprie est

dicitur pater et filius ex tempore quod spiritus sanctus datur vel donatur

Verum hoc nomen principium comparatione ad intra in divinis sit admittendum

[illegible] non quia in divinis non admittitur eius correlativum scilicet principiatum ut patet per multa dicta
sanctorum igitur in divinis saltem quo ad intra nichil debet dici principium sed quia sunt correlativa patet
... ubi dicit quod principium aliquando est principium et ... ut in [illegible] ergo [illegible] et sequitur
quod in divinis quo ad intra non admittitur hoc nomen causa quia non est causatum quia in divinis pater
sit causa filii igitur nec est causatum ... principium quia omne principium est causa et causa ergo ... oppositum dicitur
... per dicta sanctorum. In solucione huius questionis videndum est primo de questione. 2o an principium
... admittitur et ratione causalitatis ... dicitur univoce ... vel analogice ... oppositum
... primo conclusio quod hoc nomen principium comparatione ad intra admittendum est in divinis ...
quod dicit beatus augustinus in iiii li. de trinitate quod pater est principium totius divinitatis non enim habet de
quo sit vel de quo procedat sed ab eo filius est genitus et spiritus sanctus procedit ut allegat
magister primo capitulo dicitur ... ubi est ratio emanationis et originis ibi admittendum
est principium sed in divinis est ratio emanationis et originis eo quod filius sit a patre et
spiritus sanctus a patre et filio ut est de fide et per multa sanctorum dicta prius allegata ergo ... Sed quia
principium est in aliquibus habet esse ... sed filius habet esse a patre in divinis ... Sed quia
in divinis non admittitur principiatum hoc fit propter hereticos qui per hoc vellent accipere
principiatum et causatum sed causa in divinis non admittitur sed ... ut ... patebit
infra ... b. ven. Respondendo ad questionem primam quam ipse movet ... distinctione
... principium et principiatum recipitur in divinis sed hoc quod ad ... catholicam ...
... sonat ad imperfectionem ideo propter hereticos de hoc nomine sepe tacet ...
quod sanctus ambrosius dicit se hoc nomen ingenitus in scripturis non invenisse nec legisse

Nota quod principium in divinis ... alias ... ut dicitur principium ... nominantur ... pater et filius ...
principium ... pater et filius et spiritus sanctus sunt unum principium creature

... ut dicit ... spiratio activa ... spiratio passiva

xxx

nec audivisse vt dicit in distinctione proxima capitulo quod ultra medium iste sanctus doctor
volebat vti hoc nomine ingenitus, ita et nos oportet ponere quedam propter calumpnia-
rum insidias, que tamen a catholicis et per se lectoribus sane credi possunt. Quarto restat questio 2a
propter ista, hoc nomen causa in divinis non est admittendum adunt ratione, quia dicit quod metha-
phisica causa est a qua dependet aliquid in esse vel fieri. Sed in divinis nulla est dependencia. Item dicit
ibidem, causa est ad cuius esse sequitur aliud, sed in divinis non est sequela quoad esse
nec ibi non potest prius nec posterius quo ad esse, quia idem est esse personarum omnium. In contrarium
ad 2m arguo sic: pater eodem modo quo pater est principium et causa creature, similiter filius est
principium et causa creature, similiter et spiritus sanctus est principium et causa creature. Et pater et filius
sunt unum principium et una causa creature. Et similiter tota trinitas est principium et causa creature.
Tercio quod deus est principium et causa creature. Et quia divina essentia est principium et causa creature, probatur
hoc per beatum Augustinum in libro de vera religione, et allegat magister de hoc proximo capitulo 2o circa
medium ubi etiam introducit ad probandum illud apostoli ad Ro. xi ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia. Item quod [illegible] est [illegible] principium vel proprie admittitur in divinis et vel
creature [illegible] non [illegible] differentie [illegible] quam habent in principio principiorum
quod [illegible] non potest esse [illegible] quia principium vel personarum admittitur sicut principium quod ipsum est cuius
nature et omnis [illegible] sicut ab illo cuius est principium sed sicut non est principium vel creature
[illegible] ipse vel creature sicut est principium quod est [illegible] quorum est principium [illegible] sicut
non est de principio vel personarum admittitur ergo [illegible] quod adhuc [illegible] sicut [illegible] principium vel
personarum admittitur et vel creature [illegible] non [illegible] [illegible] distinguitur [illegible]
et analogum [illegible] quia sicut [illegible] principium admittitur [illegible] licet in hoc [illegible]
principio creature [illegible] tamen oppositum patet quod [illegible] sicut [illegible] [illegible]
quod [illegible] principium vel personarum admittitur et principium creature [illegible] analogum [illegible]
[illegible] quod [illegible] pluribus esse que ut [illegible] vel [illegible] vel analogum [illegible] [illegible]
et principalis est principium quod est eiusdem nature cum eo cuius est principium [illegible] quod est alterius
nature [illegible] tenet quod [illegible] huius quod est analogum. Item quod [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] sibi [illegible] quod [illegible] quod ex tempore sed principium personarum [illegible] in divinis
[illegible] et principium creature ex tempore [illegible] dignior [illegible] [illegible] [illegible]
quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Distinctione proxima [illegible] sic [illegible] determinavit de inascibilitate et [illegible] [illegible]
occasione [illegible] determinat de quibusdam relationibus que dicuntur de deo ex tempore et
dividitur in 2es partes. In prima ostendit quedam dici de deo ex tempore, et vult [illegible] quod [illegible]
dicitur de deo relative ex tempore, et tamen [illegible] sine dei mutatione, et [illegible] [illegible]
accidat deo, sed sufficit quod accidit creature et ista [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
per Augustinum de trinitate [illegible] quod accidens [illegible] [illegible] [illegible] distinguitur [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] que non est de [illegible] [illegible] sed habet esse in [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] distinguitur [illegible] sine [illegible] illa [illegible] de [illegible] nec
[illegible] de [illegible] dicitur [illegible] et [illegible] dicitur aliquid de deo [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] de deo ex tempore est duplex primo quia [illegible] est [illegible] et [illegible] nichil [illegible]
de deo [illegible] [illegible] [illegible] vel [illegible] quia talis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] aliquid [illegible] dicitur de deo per causam ut deus est [illegible] vel [illegible]

unita sibi creaturam sicut deus est spiritus hoc autem nulla ponit mutationem in deo sed solum in creatura. Aliud aliquid dicitur ex tempore quia de ratione sui nominis dicit comparationem ad aliquid temporale ut dominus et creator, et hoc est de sua propria ratione importat effectum, quia creator importat divinam actionem quae est eterna quae divina virtus quae creatura est divina essentia respectu quae est in re ad creaturam et ita quod creatura et temporale quod ergo quod implicat in se eternum et temporale totum denominat temporale ut autem complete quod per utrumque parte et hoc falsificatur per ambabus vel per altera. Et sicut est ex tempore dicitur tempore non hoc principaliter sed per connotatum in creaturam.

De his que temporaliter de deo dicuntur et relative secundum accidens quod non deo sed creature accidit

Sunt enim quedam que ex tempore de deo dicuntur et ei ex tempore conveniunt sine sui commutatione et relative dicuntur secundum accidens non quod accidit deo sed quod accidit creature ut creator, dominus, refugium, donatum et huiusmodi. De his Augustinus in v libro de trinitate ita ait: Creator relative dicitur ad creaturam sicut dominus ad servum. Non moveat quod spiritus sanctus cum sit coeternus patri et filio, dicitur tamen aliquid ex tempore veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne spiritus sanctus est donum temporaliter autem donatum. Et si dominus non dicitur nisi cum habere incipit servum, ista appellatio relativa est deo ex tempore; non enim sempiterna creatura est cuius ille dominus est. Ergo dominum esse non sempiternum habet, ne cogamur

sicut quidam philosophi creaturas universi sempiternum esse dixerunt

etiam creaturam sempiternam dicere, quia ille sempiterne

non dominaretur nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut

autem non potest esse servus qui non habet dominum, sic

alius non — quia relativa se posita ponunt, perempta se perimunt

nec dominus qui non habet servum.

Glosa ista in qua opponit contrarium et solvit obiectionem et obiciat ex hoc sic: deus non dicitur dominus ex tempore, quia sic ut tunc non esset dominus omnium rerum, quia non dicitur cepit in tempore, quia tempus non incepit in tempore, nec ex tempore, quia alias tempus fuisset ante inceptionem temporis. Oppositio quod non ex tempore sit dominus, quod est dominus temporis, quod non est ex tempore

dicet

Sed hic aliquis dicet, quod non ex tempore competit

id est hoc nomen quod dicitur deo

Oppositio in summa sic: deus non incepit in tempore esse dominus temporis, quod non incepit ex tempore esse dominus, et quod autem posset esse contradictio in tempore incepit

deo hec appellacio, quia dicitur dominus, quod non est

ex tempore esse dominus temporis, quod non cepit esse dominus quod et utique est falsa, quia dicitur tamen

ex quo autem suo non tangitur utraque in oppositio; deo inquit innuit utique adiungit

tamen dominus rerum que ex tempore ceperunt, sed etiam

quod ex dicit ordo et ita presupponit tempus tanquam antecedens. Bonaventura

illius rei que non cepit ex tempore, id est ipsius

prius

temporis, quod non cepit ex tempore, quia non erat ante

aliquod esse tempus — tempus

temporis, quo inciperet, et ideo non cepit esse dominus ex tempore.

Solvit dictam obiectionem et vult quod licet deus non cepit esse dominus temporis ex tempore vel in tempore, tamen tempore incepit esse dominus temporis, quia non prius fuit tempus et incepit esse dominus temporis, simul eodem tempore, eodem tempore incepit, et subdit deinde quod licet quis dicat quod deus non sit dominus omnium creaturarum ex tempore, propter instantiam iam factam, tamen adhuc cepit esse dominus hominis et tuus et meus ex tempore, et hoc sufficit pro hac difficultate, et accipitur ex ordinaliter — ex ordinaliter, id est postquam incepit esse tempus. Notandum solucio magistri sancti Thome pendet in isto quod deus cepit esse dominus temporis quando incepit esse tempus, et tamen non ex tempore nec in tempore. Unde dicit sanctus Bonaventura: refert incipere ex tempore, in tempore, et eodem tempore, quia ex dicit ordinem, et ita presupponit tempus antequam, ideo nichil cepit ex tempore nisi quod sequitur tempus. In tempore autem dicit tempus concretum, sed tempus non fuit in suo inicio, quia est successivum, et ideo illa que sunt equaliter duracionis eodem tempore non inceperunt nec ex tempore nec in tempore, sed eodem tempore, id est cum tempus cepit. Tempus autem nec cepit ex tempore nec in tempore nec cum tempore, sed cepit in suo inicio, et ideo tempus non cepit ex tempore. Nota hic non ibi textus dicit: ipse dicit sanctus Thomas: ipsa tamen semper fuerunt non sunt in tempore nec mensurantur tempore, sed aliqua que sunt et quedam non fuerunt, ut dicit philosophus 4° physicorum, et ita tunc sunt ex tempore quia ea precedit tempus, tempus autem non mensurat tempore sed ut locus loci, et ideo tempus non ex tempore incepit nec in tempore, sed aliorum que inceperunt ex tempore vel in tempore deus est dominus in tempore vel ex tempore

in ex — in tempore — dicitur

Ad quod dicendum patet / quia licet non cepit ex tempore esse
quando cepit tempus / deus cepit dominus temporis / cepit tamen
esse dominus / nec ante tempus fuit esse dominus temporis / quia
deus dominus / non ex tempore vel non prefuit temporibus / et
in tempore / quia non ante fuit tempus ipsius hominis ex tempore cepit
quam tempore dominus / sed simul / esse dominus / de hoc
Augustinus in ... libro continue ita dicit / Quisquis
extiterit / qui eternum deum solum esse dicat / tempora
vero non esse eterna propter varietatem et mutabilitatem
sed tamen tempora non in tempore esse cepisse / quia non erat tem-
pus / antequam tempora inciperent / et ideo non in tempore accidit
deo ut dominus esset / quia ipsorum temporum dominus erat / que
utique non in tempore esse ceperunt / quid respondebit de
homine qui in tempore factus est / cuius utique dominus
non erat / antequam esset. Certe ut dominus hominis
esset / ex tempore accidit deo. Et ut omnis auferre
videatur controversia / certe ut dominus esset tuus vel
meus qui modo esse cepimus / ex tempore habuit.

Capitulum 3m in quo magister determinat quomodo ista dicuntur de deo scilicet quod praedicata que
dicuntur accidentes possunt dici de deo ex tempore tamen in ipso nullum sit accidens Et ut
istam dicturam, tamen nominum relativorum quaedam sunt quae non possunt incipere praedicari
de aliquo sine mutatione eius de quo praedicantur ut hoc nomen amicus quia nullus incipit
esse amicus alicuius nisi incipiat ipsum amare et sic mutatur et talia non dicuntur de deo
Alia sunt quae possunt praedicari de aliquo sine mutatione illius de quo praedicantur ut nummus
dicitur pretium alicuius et pretium dicitur relative de nummo absque hoc quod fiat mutatio in nummo
Sic etiam aliqua praedicantur de deo relative ad creaturam sine omni mutatione dei et hoc declarat
ibi Similiter etiam quia deus potest dici refugium nostrum et pater ut movet et recenter
absque hoc quod ipse mutetur licet nos ex hoc mutemur in melius. Nota dicit b. v. relatio
non dicit quid absolutum sed dicit ordinem ad alterum ordo autem requirit dispositionem ordina-
torum et quia quaedam sic ordinantur quod utrumque correlativorum est in potentia et ut relatio ad talia
introducatur per mutationem fiat in utroque Quaedam autem sic ordinantur quod unum correlativorum
est de se est in actu et alterum in potentia et ibi tunc non oportet quod fiat mutatio in utroque
extremorum sed sufficit quod fit in altero Sicut si aliquid est actu album et aliud non si istud debet
assimilari illi quod etiam fit album non oportet mutari album Sic etiam est de nummo qui est in
potestate possidentis quod ipse nummus fit pretium vel pignus vel arra ex quo nihil nummo
advenit absolutum nec fit aliqua mutatio sed solum advenit ipsi nummo ordo qui
erat in potentia nummo competere in actu illud ergo mutatur non mutato nummo h. b. v.
Iste nota dicit b. tho. creator dominus etc praedicantur de deo relative non quod est in deo sed quod
est in creaturis et notandum quod in talibus nominibus est duo considerare primo ipsas habitudines
seu relationes Secundo illud super quod fundantur praedicatae habitudines quia habitudo creationis pro
fundamento habet potentiam divinam cuius est educere res de nichilo Similiter habitudo domini etc
pro fundamento divinam potestatem qua deus retribuit habundat faciendis suppliciis Si ergo consideratur
praedicatur hoc quod iste habitudines quae pro fundamento in re divina constat quod semper dicitur et aeternaliter
conveniunt quia essentia vita et operatio divina aeterna est Si autem consideretur ipsa habitudo
tunc temporaliter de deo dicitur. Ad quod intelligendum b. ven. ponit tres acceptiones huius
quod est dici secundum accidens primo prout accidens dicitur per oppositum ad substantiam ut pote
accidens alteri inhaerens quod non est de essentia rei et sic modo quia accidens ponit
compositionem et variabilitatem in eo de quo dicitur nichil potest dici de deo secundum accidens sicut dicit augustinus
Alio modo capitur accidens prout opponitur ei quod est per se sicut dicitur illud secundum accidens
quod dicitur per aliud in essentia ut si dicatur paries designat hoc autem aliud vel est essentiale
sed autem quodammodo dispositio sicut cum dicitur de superiori inferioris [illegible] signum habet tres
angulos vel de inferiori superius ut ysoceles habet tres angulos et quia sic
dici partitur ponit possibilitatem et imperfectionem ideo hoc modo nichil dicitur de deo secundum
accidens, deus enim nichil habet ab alio nichil habet imperfectionis quia neque a su-
periori nec ab inferiori praedicationem non cadunt in deum Tertio modo accidens sumitur prout
opponitur ei quod est aeternum hoc enim dicitur accidens quod non est aeternum et quaedam dicuntur
de deo per se et secundum actum per se quia comparatio dei ad creaturam per se est ex quo deus
est sua actio sed tamen quia deus agit per voluntatem quae non [illegible] nec de necessitate coniuncta
est actui Contingit ergo ad hoc de deo est modus loquendi secundum accidens unde tale dici
secundum actum in creaturis opponitur ei quod est per se quia sic ad dici per se sequitur necessarium in
creaturis sed in deo non quia deus semper faciat et per se facit et voluntate facit propter quod
per se et secundum accidens ibi non sunt opposita

Quomodo intelligendum sit nichil dici de deo secundum accidens, et quod sint accidentia relativa

Quomodo ergo obtinebimus nichil secundum accidens dici de deo, nisi quia ipsius nature nichil accidit quo mutetur, ut ea sint accidentia relativa, que cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur accidunt? Sicut amicus relative dicitur; non enim esse incipit nisi cum amare inceperit: fit ergo aliqua mutatio voluntatis, ut amicus dicatur.

Pro simile ostendit quod potest dici deus aliquid ante dictum sine sui mutatione, ut nummus dicitur pretium.

Nummus vero cum dicitur pretium relative dicitur, nec tamen mutatus est cum esse cepit pretium, neque cum dicitur pignus et huiusmodi. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione totiens dici relative, ut neque cum incipit dici neque cum desinit aliquid in eius natura vel forma qua nummus est mutationis fiat; quanto facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere, ut ita dicatur relative aliquid ad creaturam, ut quamvis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantie dei accidisse

aliquid intelligatur, sed illius creature ad quam dicitur.

Quod deus dicitur refugium relative et ex tempore, sine sui mutatione.

Qualiter ergo refugium nostrum dicitur? Refugium enim nostrum deus dicitur relative, ad nos enim refertur, et tunc refugium nostrum fit, cum ad eum refugimus. Numquid tunc fit aliquid in eius natura quod antequam ad eum refugeremus non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo efficimur meliores, in illo autem nulla. Sic et pater noster esse incipit, cum per eius gratiam regeneramur, qui dedit nobis potestatem filios dei fieri. Substantia igitur nostra mutatur in melius, cum filii eius efficimur; simul et ille pater noster esse incipit, sed nulla sue mutatione substantie. Ex ergo temporaliter dici incipit deus quod antea non dicebatur, manifestum est dici relative, non tamen secundum accidens dei quod ei aliquid accidat, sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid deus incipit relative.

Ex his aperte ostenditur quod quedam de deo temporaliter

dicitur relative ad creaturam sine mutatione dei-
tatis sed non sine mutatione creature et ita ac-
cidens est in creatura et non in creatore et appella-
tio qua creatura relative dicitur ad creatorem ~~relativa~~
relativa est et relationem notat que est ipsa creatura

Appellatio vero illa qua creator dicitur relative ad creaturam
relativa quidem sed nullam notat relationem
que sit in creatore

Clam enim in quo hec determinatione solvit una questio superius proposita di-
stinctione [illegible] ultimo proposita de spiritu sancto ubi querebatur utrum spiritus sanctus
dicatur vel referatur relative ad seipsum eo quod spiritus sanctus datur a seipso et
eo quod datum dicitur relative ad dantem et videtur quod spiritus sanctus dicitur datum
seu donatum relative ad dantem et etiam ad recipientem iste autem dans
est pater et filius et spiritus sanctus et tamen spiritus sanctus non refertur ad se ut deus quod
spiritus sanctus est spiritus sancti sed deus tamen sic deus spiritus sanctus est donum datum ipse spiritus
est datum vel donatum recipienti et per istam novam relationem nulla fit mutatio
in spiritu sancto sed in recipiente tamen [illegible] spiritus sanctus [illegible] refertur
ad se quod ut dicit relatio tamen est qua [illegible] refertur ad seipsum sed donum vel deus
natum non tamen [illegible] relatione tamen est [illegible] non [illegible] relationem autem in
dante sed etiam dicitur modo dandi [illegible] et [illegible] et [illegible] modo
intelligendi potest referri et comparari ad se et hoc est quod dicit magister in littera quod appel-
latio dati vel donati refertur ad spiritum sanctum non autem ipse spiritus sanctus quod donum
sanctus ut donum ad se refertur sed non refertur ad se ut spiritus sanctus [illegible] ...
hoc [illegible] nomina que dicuntur de deo quod ipse importat relationes
non reales in deo [illegible] sed [illegible] et nominis et ideo quod spiritus sanctus dicitur
dei a se in creatura est relatio realis que refertur ad totam trinitatem ut ad
principium et ad spiritum sanctum ut ad [illegible] [illegible] sed in spiritu sancto non
est relatio nisi [illegible] et ideo non est inconveniens quod tali relatione aliquid
ad seipsum referatur ut ad [illegible] eius. Hic solvitur questio qua
querebatur utrum spiritus sanctus dicatur datum relative ad se cum ipse det
se

Hic potest solvi questio superius proposita ubi

quebat cum spiritus sanctus dicatur datum vel donum

quod autem datur refertur ad eum qui dat et ad

illum cui datur et cum spiritus sanctus det seipsum

utrumque ad seipsum relative dicatur cum dicatur dari

vel donari Cui questioni respondetur dicendum spiritum sanctum

dici datum vel donatum relative et ad dantem

et ad illum cui datur dans autem sive do-

nator est pater cum filio et spiritu sancto sicut tamen dicendum

spiritum sanctum referri ad se sed appellatio dati vel

donati refertur ad dantem et ad recipientem

quia non potest aliquid dici datum nisi ab aliquo et

alicui detur Cum autem spiritus sanctus dicitur a se

vel datus a se dicitur relative quidem dicitur ad illum

cui dat et est appellatio relativa et illo

cui datur mutatio fit non in dante

Utrum ea que de deo dicuntur ex tempore ponant aliquas relationes in ipso in deo ... [illegible]

oppositum patet quia utraque creatura ponit aliquid reale in re creata. Secundo sic: illi termini deus creator et huiusmodi sunt relativi vel ergo reales vel non. Si primum habetur intentum. Si secundum tunc nichil importat rei (?) in deo sed tantum ... cum non est reale ens hoc fictum est vel non ens omnino vel nichil. Ad oppositum est auctor de causis propositione 2a ubi dicit: cum prima causa consistit in omnibus rebus una dispositione, ideo si in deo essent relationes reales respectu creature non eodem modo haberent se ad omnes res ergo etc. Circa illam questionem sciendum quod questio supponit unum et querit aliud. Supponit enim aliqua dici de deo ex tempore et secundo querit an illa ponant reales respectus in deo. Circa primum notandum quod omnia que predicantur de deo aut sunt absoluta aut sunt respectiva. Circa primum sit prima conclusio: nullum absolutum de deo absolute dictum dicitur de deo ex tempore. Patet quia quodcumque deo absolute convenit semper convenit sibi propter essentiam dei quia quidquid convenit sibi propter essentiam semper convenit sibi eternaliter et non de novo ergo etc. Conclusio 2a: aliqua respectiva dicuntur de deo ex tempore, patet quia deus est creator vel dominus aut gubernator et non semper fuit, ergo de novo convenit sibi esse creatorem etc. Circa secundum ad 2um articulum notandum quod relatio realis non est aliud nisi habitudo realis sive respectus realis consurgens (?) suum fundamentum. Secundo advertendum quod relatio de necessitate requirit duo extrema et ideo eiusdem (?) ad seipsum non est realis sed solum secundum intellectum. Est ergo duplex relatio quedam realis que est habitudo unius ad alterum secundum rem sicut duplum vel dimidium, alia secundum rationem sicut eiusdem ad seipsum. Circa secundum sit prima conclusio que est contra opinionem istam: quidquid deo advenit semper convenit sibi ab eterno, patet quia quodcumque convenit deo adveniens, sit (?) immutabiliter convenit, alias enim adveniret aliquid conveniret deo secundum accidens, quod est falsum ergo etc. Ex illa sequitur nichil potest deo de novo convenire adveniens, patet quia alias aliquid adveniens non conveniret sibi ab eterno. Conclusio 2a quod nichil potest deo quo ad rem convenire velud accidens, patet quia in deum nullum cadit nec cadere potest accidens ergo etc. Et dico notanter quo ad rem, quia quo ad rationem potest bene competere accidentalis predicatio. Conclusio 3a quod omnis realis relatio requirit duo extrema posita, patet quia relatio non est aliud nisi habitudo unius ad alterum, sed nulla res habet aliquam realem habitudinem nisi ad aliam rem positam et non habet habitudinem aliquam nisi solum secundum rationem ad non ens ergo etc. Consequentia tenet et antecedens patet ex notabili premisso. Ex illa sequitur correlarie quod nulla realis relatio sive respectus sunt dei ad res creatas antequam crearentur, patet quia antequam create fuerunt non fuerunt extra potentiam [illegible], consequentia tenet ex predictis et antecedens notum est de se. Conclusio quarta quod deus non aliter habet se ad creaturas modo quam habet de se sine in se quam habuit ab eterno, patet quia deus in se invariatus semper eodem modo habet se ergo respectu nullius rei potest poni aliqua alteritas in deo, consequentia tenet quia alias posset advenire aliquid convenire deo quod non convenisset sibi ab eterno contra primam conclusionem 2i articuli. Ex hoc quinta (?) quod nullus est realis respectus in deo respectu creature sed solum secundum rationem, patet quia in deo non sunt aliqui reales respectus antequam creatura esset ad creaturam sed deus invariabiliter et omnino eodem modo se habet sicut ab eterno antequam aliqua creatura esset, ergo consequentia tenet de se et antecedens patet quia prima pars est probata et secunda pars probata. Ex illis sequitur quod licet in creaturis sunt de novo et ex tempore reales respectus respectu dei, tamen non oportet propter hoc ponere realem respectum in deo. 2o sequitur quod ea que de novo dicuntur de deo ex tempore non ponunt aliquam realitatem

in deo, sed solum secundum nostrum respectus ad creaturam, et illa patet manifeste ex premissis. Et patet etiam ex alio, quia si ponerent aliquid reale in deo vel esset substantia vel accidens vel relatio; non substantia quia tunc aliquid absolutum de novo posset advenire deo, quod primum contra primum articulum; nec accidens quia contra secundum articulum que est quarta in ordine; sed nec relatio realis ut patuit per immediate precedentes. Ad rationes ad primum contra patet quia quod innititur ad falsitatem dicendum quod si desineret intelligere et non manet tamen aliquid quod est de ratione dominii, scilicet potestas dei super creaturam, sed non manet tunc respectus creature ad creaturam secundum que dicitur dominus, et similiter de creatore. Possunt tamen dici quod non posset desinere intelligi in toto, quia intellectus dei dominante cognoscit illas habitudines, et etiam abeterno sunt habitudines secundum rationem dei ad creaturam. Ad secundum patet dicendum quod unum est in creatura quod dominus et servus sunt relativa secundum esse, sed non est in deo. Ad tertium nego consequentiam quia non oportet si unum de novo per aliquid reale refertur ad aliud quod aliud per aliquid de novo referatur ad ipsum, sicut patet de scibili, et ideo patet in uno esse reale aliquid, in alio solum respectus rationis. Ad quartum dicendum quod tales termini dominus creator sunt substantiam divinam et in deo nichil important reale preter substantiam dei, sed ad hoc connotant realem respectum in creatura, et ex hoc etiam important habitudinem secundum rationem dei ad creaturam et hoc sit dictum de illa questione.

Distinctio xxxi. Supra magister determinavit de proprietatibus personarum, hic consequenter hic determinat de equalitate. Et primo in hac distinctione ponit assignationem equalitatis. Secundo solvit quasdam dubitationes incidentes in distinctione statim capitulo primo. Et dividitur primus in .xi. capitula. In primo capitulo determinat de hoc nomine equalis et querit primo utrum hoc equale in divinis dicatur relative vel absolute et videtur quod relative. Secundo querit utrum equalitas attendatur secundum substantiam vel secundum relationem, et videtur quod equalis attenditur secundum substantiam ita quod pater dicitur equalis filio et spiritus sanctus utrique secundum substantiam et non secundum relationem et hoc probat per duo originalia Augustini. Tandem in fine infert quod quamvis secundum appellationem tamen est ibi relatio ita quod ista equalitas non est realis proprietas vel notio sed naturalis unitas et receptivitas. Notandum dicit b.v. quod simile et equale dicuntur quemadmodum plurium in uno et ideo ex sequitur notandum hoc important distinctionem in suppositis seu in personis et unitatem in essentia. Et quia distinctio personarum spectat ad modum dicendi secundum relationem et unitas essentie pertinet ad modum dicendi secundum substantiam, ideo notandum quod nec omnia dicuntur secundum substantiam nec omnia secundum relationem, sed quedam sic et quedam sic. Sed quis modus dicendi illis nominibus est principalior sunt opiniones varie doctorum. Augustinus tamen opinio est quod dicuntur principaliter secundum relationem. Et ratio quia dicunt respectum suppositorum distinctorum convenientium in aliquo uno, ita quod respectus cadit ibi per modum formalis, sed unitas essentie et pluralitas cadit per modum materie. Et ideo proprie et principaliter dicuntur secundum relationem, licet ex parte et causaliter dicantur secundum substantiam. Et declarat hoc b.v. in creaturis dicens similitudo est secundum qualitatem ex similitudine et relationem formaliter. Sed qualitatis talis non enim similitudo est qualitas, sed est relatio que attenditur secundum qualitatem. Item ubi dicit b.v. loquendo de equalitate quantum ad relationem sicut equalitas in creaturis ponit aliquid reale in utroque comparatorum, sed in divinis personis nichil ponit nisi secundum rationem. Et ratio dat istam, quia si poneret aliquid reale relationem in personis aut

hec oportet ex parte essentie que omnibus est et hoc non quia illa est una et eadem ... et idem ad ipsum non refertur relatione reali sicut concepte relationes quibus persone distinguuntur et hoc etiam non quia alias relatio referretur ad relationem per aliquam relationem realem mediam et esset abire in infinitum. Et ideo oportet dici quod equalitas ad deum deus non ponat relationem nisi secundum nos tantum ut dicit ... unitatem essentie ...

Quomodo dicatur filius equalis patri an secundum substantiam an secundum relationem an simul

Preterea considerari oportet cum tres persone coequales sibi sint utrum relative hoc dicatur an secundum substantiam. Et si relative utrum secundum relationem an secundum essentiam considerenda sit equalitas. Deinde quid sit ipsa equalitas. Ad quod dicimus quod sicut simile nichil sibi est. Similitudo enim ut ait Hylarius sibi ipsi non est, ita et equale aliquid sibi non dicitur. Ac per hoc sicut simile ita et equale relative dicitur. Dicitur ergo relative filius equalis patri et utrique spiritus sanctus. Est enim equalis patri filius et utrique spiritus sanctus propter summam simplicitatem essentie et unitatem. Equalis est igitur filius patri secundum substantiam, non secundum relationem. Unde Augustinus in v. libro de trinitate ait: Querimus secundum quid equalis sit patri filius, non secundum hoc quod ad patrem ...

dicatur filius equalis esse patri. Restat igitur ut secundum
id equalis sit quod ad se dicitur. Quicquid autem ad
se dicitur secundum substantiam dicitur. Restat ergo ut secundum substantiam sit
equalis. Eadem igitur est utriusque substantia. Item in vi li[illegible]
Satis, inquit, videtur nullomodo filium equalem esse patri
si in aliquo inveniatur quod pertineat ad significandam
eius substantiam inequalis. In omnibus ergo equalis
est patri filius et eiusdem substantie. Equalis etiam
spiritus sanctus patri et filio et in omnibus equalis
propter summam simplicitatem illius substantie. Ex his apparet
cum sit quod secundum substantiam filius est equalis patri et
utrique spiritus sanctus, et appellatio tamen relativa.
Equalitas ergo patris et filii non est relatio
vel notio ~~sed quedam essentie unitas~~ indissimilitas.

Capitulum xxiiii in quo determinat de hoc termino simile vel similitudo et primo ponit
quod hoc nomen similis in divinis dicitur relative, secundo quod similitudo in divinis attenditur
penes unitatem essentie, tertio quod denominatio solum est relativa et non id penes
quod attenditur similitudo. Hic quod dicitur similis et quod sit similitudo.

Hoc idem etiam dicimus de simili et simili-
tudine. Cum enim dicitur filius similis patri relative

Est, sed sub his verbis apparet quod Spiritus in eadem unitate substantie et [illegible] consistit.

quod dicatur. Sed similis est propter unitatem essentiae. Est ergo appellatio tantum relativa. Similitudo vero est indifferens essentia

In ista parte magister ponit quandam opinionem qui dicunt et nominale aequale et simile in divinis non dicuntur positive sed negative. Aequalitas enim excludit disparitatem magnitudinis et similitudo excludit diversitatem in substantia vel alietatem in divina natura, quia per hoc non dicitur alius [illegible] filius vel spiritus sanctus vel in aliquo dissimilis. Contra hoc [illegible] et simile in divinis non dicuntur positive sed negative [illegible] in creaturis talia dicuntur positive [illegible] a fortiori et ibi [illegible] in divinis est unitas positive et similis [illegible] pluralitas et illa faciunt similitudinem et aequalitatem [illegible] ubi est aliqualis positio realis [illegible] non potest ea exprimere positive, et propter hoc dicta [illegible] illis

Quibusdam negantibus acceptionibus videtur quod nomine aequalitatis vel similitudinis non ponitur aliquid sed removetur

Unde quibusdam non indocte videtur nomine aequalitatis vel similitudinis non aliquid poni sed removeri, ut cum vere dicatur filius aequalis patri, quia nec maior est eo nec minor, et hoc propter unitatem essentiae, ita et similis dicitur, quia nec diversus nec alienus nec in aliquo dissimilis, et hoc propter essentiae simplicitatem. Non ergo secundum quod filius est genitus a patre aequalis vel inaequalis est patri, nec similis vel dissimilis, sed aequalis et similis secundum substantiam.

Capitulum 3m in quo magister accedit ad principale propositum, ondens quo hylarius assignat appropriata divinis personis et dicit enim ipse appropriat patri eternitatem et imaginem filio

speciem agnoscere i. proprium sed visum | Deinde cum ostendit quomodo beatus Augustinus declarat dictum hylarii | et vult dicere augustinus quod hylarius ideo assignavit patri eternitatem quia pater non habet principium / et quia eternitas caret principio, sic et pater qui est ingenitus et non habet patrem. Tertio ostendit quare hylarius ymaginem i. filium appellat vocavit speciem et ut quidem ad ymaginem perfecte impletur illud cuius est ymago, tunc ipsa coequatur ei, non illud ymagini sue et reperitur ibi prima equalitas, prima similitudo et perfectissima summa pulcritudo. Et istam pulcritudinem hylarius vocat speciem. Et quia in tali ymagine est summa vita, summa intelligentia, perfectum verbum et ars plena omnium racionum viventium. Nota quod propria in divinis aliqua dicuntur sic propria, alia per appropriationem. Primo sic propria dicuntur proprietates personales quae personas constituunt. Secundo appropriata vero propria dicuntur quae licet in se sint communia sed sunt facta propria per appropriationem, sicut per hylarium eternitas species et usus, et per beatum augustinum postea de trinitate unitas equalitas concordia (alias concordia)

De sententia sancti hylarii qua in trinitate personarum propria ostendit

Non est hic pretereundum quod illustris vir

Hylarius proprietates personarum assignans dicit eternitatem

esse in patre, speciem in ymagine, usum in munere.

Que tante difficultatis sunt verba, ut in eorum

intelligentia atque explanatione vehementer

laboraverit Augustinus, ut ipse ostendit in vi libro de trinitate

ita dicens: Quidam, cum vellet brevissime sin-

gularum in trinitate personarum insinuare propria, eter-

nitas inquit est in patre, species in ymagine, usus

in munere. Et quia non mediocris auctoritatis

in tractatione scripturarum et assertione fidei vir exti-

tit (Hylarius enim hoc in libris suis posuit) horum ver[borum]

i. patris et ymaginis et muneris in trinitate
speciei et usus abditam scrutatus intelligentiam
quantum valeo, non eum secutum arbitror in eternitatis vocabulo nisi quod pater non habet patrem de
quo sit, filius autem de patre est ut sit atque
ut illi coeternus sit. ymago enim si perfecte implet
illud cuius ymago est, ipsa coequatur ei, non illud
ymagini sue. In qua ymagine speciem nominavit
credo propter pulchritudinem, ubi iam est tanta congruentia
et prima equalitas et prima similitudo, nulla
in re dissidens et nullo modo inequalis et nulla ex
parte dissimilis, sed ad ydemptitatem respondens ei cuius
ymago est. Ubi est prima et summa vita, cui non
est aliud vivere et aliud esse, sed idem est, et primus
ac summus intellectus, cui non est aliud vivere et
aliud intelligere, sed id hoc est unum tamquam verbum perfectum
cui non desit aliquid, et ars quedam omnipotentis
et sapientis dei, plena omnium rationum viventium

xxxi

incommutabilium et omnes unum in ea sicut

ipsa unum de uno cum quo unum. Ibi novit

omnia deus que fecit per ipsam.

Hic magister tendit ad rationem ... et vult quod ... sunt hypostases sit essentia et est tamen dicit quod rationes intelligendi, secundum sententiam Augustini, filius est id quod pater est, et est eadem res que pater est, capiendo li id vel li res quod simpliciter et absolute, non respective aut relative. Et ex hoc non sequitur quod idem genuit seipsum, ut illi inferebant. Sed b. thomas ad quod tendit dicens quod ibi est equivocatio rei, quia res sumitur essentialiter, tunc essentia divina est una res et illa neque genuit neque genita est nec est pater nec filius, sumendo addicione ly pater et filius. Si autem res sumitur personaliter, sic essentia divina non est una res, sed tres res, quarum una est generans, alia genita, alia procedens; communis essentia neque sit generans neque genita neque procedens. Contra gilbertum, sed hoc erravit, sumit ex magistro quod essentia et persona idem sunt propter omnimodam simplicitatem in deo essendi, ita quod ibi idem est natura et quod est nature omnino quod rem, nec persona aliquid addit super essentiam quod rem, quod totum quod est in persona est in ipsa essentia. Sed tamen addit quod rationem vel intellectum, unde persona est suppositum rationale nature distinctum proprietate, vel aliter quod vero persone includit naturam et cum hoc distinctionem et cum hoc proprietates. Illa tamen distinctio qua persona includit ultra naturam non distinguit naturam, quia persone conveniunt in natura, et ipsa natura idem est quod re unicuique persone. Nec etiam illa proprietas componit personam, nec aliquid ei quod non sit ipsa imponit. Unde sicut intellectus noster ita essentia omnes perfectiones nobiliter [illegible], ut potentiam, sapientiam et bonitatem, tamen credit et scit quod omnia in deo unum esse. Sic etiam intellectus quod omnibus illis que persone conveniunt dicit personam esse perfectissimam et nobilissimam et omnino simplicem. Ex hoc patet quod intellectus qui intelligit personam ultra essentiam aliquid [illegible] non est vanus. Illa ultra essentiam persona dicit respectum seu relationem, que ut dicit b. thomas comparata ad essentiam idem est cum ea etc. Sed solum dicit rationem, tamen illa relatio comparata ad suum relatum ad quod dicitur et cui opponitur [illegible]

facit distinctionem / unde relatio non distinguit realiter nisi contra oppositum realiter / quod habet / illa autem oppositio non est ad hoc in quo relatio habet esse / sed est ad hoc ad quod dicitur / et ideo relatio non distinguit realiter ab essentia / nec a persona in qua existit sed plus ab alia persona ad quam dicitur

Nec tamen diffitemur distinctionem habendam secundum intelligentiam grecorum / cum dicunt ypostasis / et cum dicitur essentia / quia ibi significatur quod est que tribus. Hic vero non est tamen ypostasis essentia / et est saltem unum / unum aliquid idem esse tres personas secundum essentiam. Differentes autem proprietatibus. Unde Augustinus super psalmum LXVIII. Si praedicatum alicui fuerit quod sit pater / unde deus / fuerit quod sit filius / unde deus / fuerit quod sit pater et filius / unde deus / de singulis interrogatus deum respondes / de utroque interrogatus non deos sed deum respondes / non sic in hominibus. Tanta enim est ibi summa unitas ut equalitatem admittat / pluralitatem non admittat / Si ergo tibi dictum fuerit cum dicis filium esse quod pater est / profecto filius pater est / unde secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est / non secundum id quod ad aliquid dicitur / ad se enim dicitur deus / ad patrem dicitur filius / rursum quod pater ad se dicitur deus /

ad filium dicatur pater. Cum dicitur ad filium pater non
est filius, cum dicitur filius ad patrem non est pater, cum
dicitur pater ad se et filius ad se, hoc est pater et filius, id est deus

Circa textum in quo ita dicta movet dubium et tale. Cum deus est divina essencia
et conceditur quod deus est tres persone, item conceditur quod divina essencia est tres persone,
dubitatur utrum etiam possimus vere dicere quod unus est deus trium personarum. Item
utrum possimus dicere vere tres personas unius dei, sicut dicimus tres personas
unius essencie. Videtur quod in hiis usus loquendi scripture suadeat cum in qua frequenter
reperitur quod una est essencia trium personarum et tres persone unius essencie. Sic non
legitur unus deus trium personarum. Et hoc loco notaverunt doctores ne hoc credatur
sic dici, sicut dicitur deus Abraham, deus Ysaac, deus Jacob. Et deus tocius
creature, quod dicitur propter principium creacionis vel propter privilegium gracie, vel propter
servitutem et subieccionem creature. Illud quod in trinitate nichil creatum sit vel serviens
vel subiectum, quod non admittitur talis locucio. Sed hic nota ut duas rationes
primo quod hic deus in casu non regit genitivum significantem personas divinas, nec regitur
a termino significante personas in genitivo casu. Sed hic regit genitivum significantem creaturam
et a termino significante creaturam regitur in genitivo casu. Quia ergo dicit quod cum ergo est de hoc
termino essencia divina, unde non possumus dicere vere divina essencia
divina Abraham, Ysaac et Jacob, sed dicimus una essencia est trium personarum
et tres persone unius essencie. Utrum ita possit dici unus deus trium personarum vel
tres persone unius dei sicut dicitur una essencia trium personarum vel tres persone
unius essencie

Hic considerandum est, cum deus sit divina
essencia et ita dicatur esse unus deus et tres
persone, sicut una essencia dicitur tres persone, utrum
ita valeat sane dici unus deus trium personarum
vel tres persone unius dei, sicut dicitur una essencia
trium personarum et tres persone unius essencie, sicut
hiis locucionibus scripture usus nobis emulandus
videtur, ubi frequenter reperitur ita dictum una est

essentia trium personarum et tres personae unius essentiae, nusquam autem scriptum legisse unum deum trium personarum vel tres personas unius dei. Quod ideo puto sanctos doctores vitasse, ne ita forte acciperetur in divinis personis ut accipitur cum de tribus simile quid dicitur. Dicitur enim deus abraham, ysaac et iacob, et deus omnis creature, quod utrique dicitur propter principium creationis vel gratie privilegium et creature subiectionem vel servitutem. Cum ergo in trinitate nichil sit creatum vel servitus vel subiectio, non admisit fides trinitatis talem locutionis modum. Ita etiam quisquam non dicit de dei essentia, quod ipsa sit essentia abraham ysaac et iacob vel alicuius creature, ne creatoris et creature naturam confundere videamur.

Capitulum ... in quo magister querit de tali questione, cum potentia sapientia bonitas dicatur secundum substantiam, quare patri appropriatur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas. Tradit quod appropriatio non est aliud nisi ... personalis attributio ... aliquorum essentialium ... Sunt ergo attributa essentialia que nullam habent similitudinem cum proprio alicuius persone, ut essentia, deitas, trinitas et huiusmodi, et hec non appropriantur; quedam vero habent similitudinem aliquam, ut potentia cum patre qui est principium universale, sapientia cum verbo, bonitas cum spiritu sancto ... amore; et ideo hec appropriantur. Et licet hec tria similia sint ad probandum in re, ymmo omnino idem sunt in re, secundum tamen ullam appropriantur ... rationem.

[illegible]

Q(uod) licet sapientia potentia bonitas de deo communiter et substantialiter dicatur in scriptura tamen solent hec nomina distincte ad personas in trinitate referri

Ex predictis constat quod sicut eternitas ita potentia sapientia bonitas de deo dicitur secundum substantiam. Que autem secundum substantiam de deo dicuntur tribus personis pariter conveniunt. Una est ergo potentia sapientia bonitas patris et filii et spiritus sancti et hii tres eadem potentia eadem sapientia eadem bonitas. In qua trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia vel sapientia vel bonitas non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia infinita sapientia incomprehensibilis bonitas recte dicitur et creditur summum bonum. Licet vero unum et idem penitus sit in deo potentia sapientia bonitas in sacra tamen scriptura frequenter solent hec nomina distincte ad personas referri ut patri potentia filio sapientia spiritui sancto bonitas attribuatur. Quod quare fiat non est otiosum inquirere.

Causam aperit in quo magister tendit ad questionem. Tunc mentem et vult quod ideo potentia attribuitur patri ne impotens videatur, sicut videmus in creaturis patres esse senioles. Filio ideo impotente filio attribuitur sapientia ne insipiens videatur, sicut videmus in creaturis. Spiritui sancto attribuitur bonitas ne impetuosus vel inflatus videatur...

vestigium apparet in creaturis compositis decurrit in cognicionem principiorum. Alia est conclusio earum, et hec pertinet ad simplices. Et hec triplici racione apparuit. Potencia patri, sapiencia filio et bonitas spiritui sancto. Primam tangit Richardus de S. Vic. dicens potencia naturaliter precedit sapienciam et utramque bonitatis voluntas que est bonitatis racionabilum. Secundam bene innuit scriptura, que opera manifestativa potencie tribuunt patri, opera sapiencie filio, et opera bonitatis spiritui sancto. Sed tercium tangit hic magister qui potenciam patri tribuunt ne quis racionabilitur antiquiorem credatur impotens esse. Quare id fiat scilicet ut patri potencia filio sapiencia attribuatur

Id ergo sacri eloquii prudencia facere cavit, ne

dei immensitatem similitudine creature metiremur.

Diceret enim scriptura sancta quod deus pater est, et quod deus

filius est, et audiret hoc homo qui homines

patrem videt, deum patrem non videt, et cogitaret

cepit ita esse in creatore, ut videt in creaturis,

a quibus hec nomina translata sunt ad creatorem,

in quibus pater prior est filio, filius est posterior patre,

et ex antiquitate in patre defectum, ex posteritate in filio

imperfectum sensus solet notare. Ideo occurrit scriptura

dicens patrem potentem, ne videatur prior filio et ideo

minus potens, et filium sapientem, ne videatur posterior

patre et ideo minus sapiens. Quare spiritui sancto bonitas tribuatur

Dictus est etiam spiritus deus, et deus est spiritus,

spiritum deum, et videbatur hoc quoddam nomen inflationis

et tumoris, unde humana conscientia ad deum pergere

et crudelitate accedere metuit / ideo quod scriptura
temperavit sermonem suum spiritum bonum nominans
ne crudelis videtur / qui mitis est / Non quod pater solus
sit potens vel magis potens / et filius solus sapiens
vel magis sapiens / et spiritus sanctus solus bonus vel magis
bonus / Una est igitur potentia sapientia bonitas trium
sicut una essentia / Ideo quod sicut dicitur filius homousios
id est consubstantialis patri / ita et coomnipotens /

Capitulum septimum in quo tractat de hoc nomine homousion dicens / quod secundum Augustinum hoc nomen homousion in Niceno concilio confessum fuit / et usus eius in diversis [illegible] id est concilio [illegible] propter simplicitatem quorundam episcoporum / qui non intellexerunt virtutem huius vocabuli sunt [illegible] et [illegible] tamquam [illegible] propter hereticos per hoc decipientes fideles / arguentes sic / pater est homousion filio [illegible] [illegible] id est eiusdem substantie [illegible] quod persona patris est eiusdem persone cum filio / et ideo tenemus sic credere quod pater et filius sint una persona [illegible] fidem [illegible] / quia vis huius nominis plenius erat cognita / tunc usus huius nominis fuit amplius dilatatus / quod non est nunc vitandum sit cum homousion id est unius eiusdem substantie / Deinde magister excusat se de nominibus [illegible] translative de deo ut speculum figura etc. dicens / quod hoc commictat pio lectori / ut quod causa dicendi considerent causas que talia nomina ad deum transferunt / [illegible] ponit rationes que aliqui de deo dicuntur [illegible] / Prima est altitudo divinorum que non [illegible] capacitatem [illegible] / quia cum veritatem divinorum secundum modum suum capere non possimus ideo oportet quod nobis secundum modum nostrum proponatur / qui est a sensibilibus ad insensibilia / Secunda est occultatio divinorum / [illegible] profunda fidei occultanda sunt infidelibus ne irrideant et fidelibus simplicibus ne errandi occasionem sumant / alias rationes vide in questione homousyon ubi formati sit et quid significet

Hic non est pretermittendum / quod Augustinus
sedde li contra maximinum dicat de hoc nomine

Homousion quo latini tractatores frequenter utuntur pater inquit et filius unius sunt eiusdem que substantie. Hoc est illud homousion quod in concilio niceno adversus arrianos a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in concilio ariminensi propter novitatem verbi minus quam oportuit intellectum quod tamen fides antiqua pepererat multis paucorum fraude deceptis heretica impietas sub heretico imperatore constantio labefactare temptavit. Sed post non longum tempus libertate fidei catholice prevalente postquam vis verbi sicut debuit intellecta est homousion illud catholice fidei sanitate longe lateque defensum est et diffusum. Quid enim est homousion nisi unius eiusdem que substantie. Quid est inquam homousion nisi ego et pater unum sumus. Non ergo inter prophanas vocum novitates est vitandum.

De nominibus que trinitatem et personarum similitudinem et ... dicunt

Preterea sciendum est quod in assignatione distinctionis

nomi/ int[er] alia q[ue] sup[ra] dilig[ent]er exequuti sunt/
quedam diuinis translatione ac p[er] similitudine[m] de deo
dici ut speculum splendor caracter figura et hiis
de quibus pro lectori breuiter tracto quod sentio
ut s[ecundu]m r[ati]one[m] similitudinis considerata ex causis
dicendi doctorum intelligentia assumat s[ecundu]m catholicam

Cap[itulu]m octauum et ultimum in quo mag[iste]r imponit finem huic materie sancte trinitatis et uult quod licet multa dixerit ab inicio huius libri de sacramento unitatis et trinitatis tamen quod nichil reputanda sunt in materia tam ignota et inuabilis scientia existencia dei et diuinorum et quod potuit ad excellentis dignitatem de excellentia ineffabilis trinitatis se tradidisse dicat ad alia transitus

De sacramento unitatis atque trinitatis summe
et ineffabilis multa iam diximus nichil tamen de
eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur
sed potius ex nobis innotitate eius scientiam nec
potuisse nos ad illam profitemur

Distinctio xxxv. Sup[ra] mag[iste]r a distinctione xx usque huc egit de deo prout in se perfectus est in comparacionibus perficientes cum in operando hic agit de eo in comparacionibus perficientes cum in operando et causando. Et primo de scientia dei que se extendit ad bona et mala. Et diuiditur hec distinctio in duo capitula in primo capitulo premissa continuacione uult istam quod licet scientia dei sit una et simplex tamen propter diuersos status rerum et propter uarios effectus diuersa habet nomina de eius prescientia siue prudentia uel futurorum tamen tam malorum quam bonorum dispositio dicitur uel faciendorum predestinacio dicitur uel saluandorum prudentia uel gubernandorum que prudentia idem esse uidetur quod dispositio. Hec dicit quod dispositio respiciat facienda uerum esse gubernacio autem consumacioni. Item prudentia quandoque sumitur pro prescientia sapientia

vo. sen scia est de omnibus tam de preteritis presentibus et futuris tam temporalibus quam eternis

Secundo quod scia et prescia idem sunt principaliter; sed prescia addit antecessionem scie vel ra- cionis est sciencie vel rerum de quibus est scia; ite prescia quamquam sunt large et pro- prie comprehendit predestinationem et reprobationem cumque scite et idem est prescia quod reprobacio Item

... quia plura sunt futura quam facienda secundo de pluribus est prescia quam disposicio

Et quia plura sunt facienda quam salvanda secundo de pluribus est dispositio et plura com- prehendit quam predestinacio; tercio sciendo / licet dicatur idem secundo quod quamquam omnia ista nomina sunt idem principaliter, sed diversa connotant varie cum dicuntur Et ita hic declaracio

notandum ... in omnibus istis nominibus que hic ponuntur unum habet se quod addicione ad aliud ... ideo quod propter addicio aliquid quod per strictum sed quod per ... se habet diversimode ad sciam; hoc enim nomen scia vel sapientia dicit absolute cognitionem ... sed prudentia vel prescia addit super hoc ordinem duracionis quamquam ... et ideo ... rerum temporalium tam bonorum quam malorum sed dispositio addit ordinem cause ... in essendo unde est de faciendis et ultra hec prudentia addit cause ... et ordinatis ... et ideo prudentia ad gubernationem pertinet sed predestinacio addit super prudentiam determinatum finem ideo est rerum ... ad gloriam ordinatur et ideo dicitur esse de bonis salvandis / reprobatio autem ... rerum malorum ... ad sciam pertinet addit super presciam ideo de ipsa hic non facit mencionem

De quibusdam que secundum substantiam de deo dicuntur quod specialem efflagitant tractatum scilicet de scientia et prescientia prudentia dispositione predestinatione potentia et voluntate

a dis 22 ad 26

Quoniam supra disseruimus ac plura diximus de hiis generaliter que sunt scibilia de deo dicuntur eorum tamen quedam specialem efflagitant tractatum de quibus

amodo tractandum est scilicet de scientia prescientia prudentia disposicione predestinacione voluntate et potentia

Sciendum est igitur quod sapientia vel scientia dei cum sit una et simplex tamen propter varios status rerum et diversos effectus plura ac diversa sortitur nomina dicitur

enim non tantum scientia sed etiam prescientia vel prudentia di-

[illegible]

ſpoſitio predeſtinacio et prudencia / Et est ſciencia ſui
prouidencia de futuris tantum / ſed de omnibus de bonis
ſcilicet et de malis / diſpoſicio vero de faciendis / predeſtina-
cio de hominibus ſaluandis / et de bonis quibus et hic
liberantur et in futuro coronabuntur / predeſtinat
enim deus abeterno homines ad bona eligendo / et
predeſtinat eis bona preparando / unde homines predeſtinat
apoſtolus oſtendit dicens predeſtinavit quos preſciuit fi-
eri conformes ymaginis filii ſui / et alibi elegit nos
ante mundi conſtitutionem / ut eſſemus ſancti et immacula-
ti / Bona autem eis bona preparavit propheta yſayas oſtendit
dicens / oculus non vidit / deus abſque te / que preparaſti
diligentibus vel expectantibus te / Ergo abeterno
predeſtinavit quoſdam futuros bonos et beatos
i. elegit / ut eſſent boni et beati et bona eis
predeſtinavit i. preparavit / prouidencia autem eſt
gubernacio que utique cum non videtur accipi / quo
diſpoſicio / Interdum tamen prudencia accipitur pro
ſciencia / Sapiencia vero vel ſciencia que de omnibus eſt

scilicet bonis et malis, et de preteritis, presentibus et futuris, et non tantum de temporalibus sed etiam de eternis. Non enim ita scit deus ista temporalia ut seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfecte novit, cuius scientie capacitatem omnis creature scientia non suppetat.

Capitulum in quo magister movet talem questionem: si nulla fuisset futura, an adhuc prescientia, dispositio vel predestinatio potuit esse in deo. Et arguit primo quod non, quia prescientia, dispositio et predestinatio tantum respiciunt futura; ergo si nulla fuisset futura, nulla esset prescientia, dispositio etc. Item: deus potuit non creare et non salvare, ergo potuit non prescire et non predestinare. Ad oppositum aliqui arguunt...

Hic considerari oportet utrum scientia vel prescientia vel dispositio vel predestinatio potuit esse in deo si nulla fuisset futura. Cum enim prescientia sit futurorum et dispositio faciendorum, et predestinatio salvandorum, si nulla essent futura, si nichil esset facturus deus vel aliquos salvaturus, non videtur in deo potuisse esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. Potuit autem deus nulla prescire futura, potuit non creare aliquid vel non

scire aliquos, potuit ergo non esse in deo prescientia.

scientia vel dispositio vel predestinatio. Sed hoc autem

ita a quibusdam opponitur. Si inquiunt potuit prescientia

dei non esse in deo ab eterno, et potuit non esse.

Si vero potuit non esse, cum prescientia dei sit eius scientia,

et scientia sit eius essentia, potuit ergo non esse ab

eterno id quod est divina essentia. Ista et de dispositione

et predestinatione, que est divina essentia, obiciunt. Adducunt

quoque et alia ita dicentes. Si potuit deus non

prescire aliqua, cum idem sit deo prescire quod scire

et scire quod esse, potuit ergo non esse. Item cum

idem sit deo prescium esse et deum esse, si potuit non

esse prescius, et potuit non esse deus. Si potuit

autem non esse prescius, si potuit nulla prescire. At

potuit nulla prescire, quia potuit nulla facere.

Capitulum 3m in quo tradit ad dictas dubitationes. Et ut premittamus cum predicta nomina dicuntur de deo in respectu ad creaturas presentes vel futuras [illegible] creator [illegible] differentie quia hic creator non sit [illegible] [illegible] scientia et predestinatio [illegible] essentia [illegible] [illegible] [illegible] causatum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] predicta [illegible] [illegible] si nulla futura fuisset [illegible] ista scientia esset que nunc est predestinatio prescientia vel previsio quia talis est deus [illegible]

Ergo ista scientia tunc non posset dici prescientia vel predestinatio. Sed si nulla creatura fuisset in essendo esset, et fuisset ista res que dicitur creator, licet non diceretur creator. Summa ergo solutionis stat in hoc, cum dicitur: Si non fuissent futura, non fuisset in deo prescientia. Ad quod respondet: hoc nomen prescientia vox ... tamen tunc diceretur proprie de ratione principalis significati. Scientia est ... creator, quia nomen divine essentie est impositum, unde est essentiale et de omnibus tribus personis dicitur, et ergo quo ad hoc tamen nomen imponitur, sicut de creator, sunt essentialia, sed de illo unde vel a quo impositum est, est controversia. Quidam enim dicunt quod non, quia nichil in deo predicatur, sed ... predicatur, unde actio non dicit aliquid in agente, sed ab agente. Unde actio et passio eadem res sunt, et hii sunt opinio magistri satis probabilis, et ergo dicit quod prescientia ratione scientie sunt essentialia, sed creator quia dicit actionem non sunt essentialia, sed relativa. Unde prescientia nichil ponit in esse, quod non esset divina essentia. Sed creator dicit actionem et relationem, que nichil ponit in deo, sed solum in creatura. Unde hoc hodie quidam non tenent. Dicunt enim quod deus est sua actio, deus est sua creatio, et quia essentia est divina actio, et hoc creator ab actione impositum et ergo non tamen impositum est essentie, sed etiam ab essentia, sed tamen illa non absolute sed sunt relative. Sed tamen volumus dicere magistri sententie. Dicit b. vo. tunc dicendum quod magister non vult dicere quod creatio non importet divinam essentiam, sed tantum quod prescientia vocabulum, et quod principalia imposicione non dicit essentiam absolute, sicut scientia est scilicet ... non manet ... non manente. Non sic autem est de creatore. Non enim est creatio nisi creata sit creatura, et ut sic verbum magistri non habet calumpniam. Solutio quod prescientia et dispositio et predestinatio quasi relative dicuntur ad futuras res vel faciendas.

Ad hoc iuxta modulum nostre intelligentie ita dicimus: prescientia et dispositio vel predestinatio ad aliquid dici videntur. Sicut enim creator ad creaturam relative dicitur, ita prescientia vel prescius ad futura referri videtur, et dispositio ad facienda, ac predestinatio ad salvanda. Verumtamen creator ad creaturam ita dicitur relative, ut essentiam non significet; prescientia vero vel prescius et in respectu futurorum dicitur, et essentiam designat. Ita etiam dispositio et predestinatio. Ideoque cum dicitur: si nulla essent futura, non esset in deo

nota

Respondet dicendo dicit et sciencia et predestinatio respectu dicit essenciam absolutam, quod manet scientia, non ipsa non manente. Non sic est de creatione, non enim est creator nisi est creatura, et ideo verbum magistri non habet calumniam.

h. tamen solutio

prescia, vel non esset deus presciens, quia vana est ibi
causa dicendi. Distingui oportet racione dicti. Cum
ergo dicit: Si nulla essent futura, non esset in deo
prescia, vel non esset presciens, si in dicto hanc causam
attendis, scilicet quod nulla essent ibi subiecta eius prescie,
unde ipsa posset dici prescia, vel esse presciens, quod utique
dicitur propter futura, verum est intellectus. Si enim aute ex ea
re id dicis, quod non sit in eo sciencia qua prescit futura,
vel quod ipse non sit deus qui est futurorum presciens, falsus
est intelligencia. Similiter et ille locuciones declarande
sunt: potuit non esse prescia dei, vel potuit non esse
presciens, et potuit deus non prescire aliquid, i. potuit esse
quod nulla futura subiecta esset eius sciencie, et ita non
posset dici presciens vel prescire, vel sciencia eius prescia.
Non esse tamen ipse minus esset vel eius sciencia. Sed non
posset dici presciens vel prescire vel prescia, si eius prescie
futura nulla forent subiecta. Similiter de disposicione
et predestinacione vel providencia. Hec enim ut dictum est
ad temporalia referuntur, et de temporalibus tamen sunt

Circa quem in quo magister ponit quod de dei scientia specialiter querit. Si nulla umquam fuissent futura vel preterita, adhuc esset dei scientia et eius sapientia et diceretur scientia, nec esset minor quam modo est ... scientia dei non de solo vero temporalium est ... eternorum quod ita ... fuisset scientia dei ... sicut nunc ... esset minor ... scientia dei ... immutabilis et ipse scivit et scit immutabiliter et nonnumquam preterita et futura ... scientia dei que est divina essentia ... nec habet partes nec potest augeri nec minui ... scientia est duplex ... habetur cognitio de re et talis scientia nec in deo nec in nobis ponit ... de preteritis nec de futuris ... et de tali loquitur magister ... alia autem est scientia qua sciuntur res ... et talis ponit ... in nobis et in deo ... in nobis ... talis scientia ... in deo ... et sic dicit magister quod si nulla esset res esset divina scientia et non minor quam modo quo ad ... nec esset res eius nec res tot ... quo ad ... modum. Quod scientia dei non tantum de temporalibus sed etiam de eternis ...

Scientia vero vel sapientia non tantum de temporalibus sed etiam de eternis est et eorum, et si nulla fuissent futura esset tamen in deo scientia eadem que modo est, nec minor esset quam modo, nec maior est quam esset. Scivit ergo deus ab eterno eterna et omne quod futurum erat, et scivit immutabiliter, scit quoque non minus preterita vel futura quam presentia, et sua eterna sapientia et immutabili scit ipse omnia que sciuntur. Omnis enim rerum scientie et terrene sapientie, ut ait Ambrosius, deo est, quia omnes sapientias et scientias capit sua immensa scientia.

Circa capitulum in quo quod dictum est infert aliud, quod est, quod non contingentia et futura antequam fiant subiacent scientie dei, et hanc probat per Augustinum super Genesim ... ponit ... hoc ... scientia ... in deo ... cognitione ... et vita et ... ponit ... possunt ...

dicit disponens / additus scientie et replicat eam / alia ponit questio nichil dicitur in deo nisi quod est et ingesse de deo predicatur / et tamen vel per negationem quod deus dicitur sciens quia non est ignarus / vita quia non est mortalis / vel per relationem ut aliquis dicitur causa / quia ponit sic deus dicitur sciens quia operatur / et illam causam replicat et dicit cum tamen nota esse dicitur de deo tamen omnia cognoscit non dicitur cognoscere vel materiale dispositum / vel in deo sunt / et verum est in aliis / et illam questionem inducit / et ideo in causis invenitur esse vivere et intelligere cum dicit potentia maius in deo tamen unum sunt semper esse / secundum omnium horum veritate et perfectione / unde ad deum nomina eius competunt aliquid / quod pertinet ad suam perfectionem / sed non totum perfecte / omnis facit vinum volens et de aliis omnibus / et unum sunt in deo secundum rem / sed dicuntur ratione / que ratione non tamen in intellectu fundatur / sed eam in veritate et rei perfectione / et non ponit aliquam pluralitatem vel additionem vel ordinem in re sed in ratione tamen / et ponit exemplum de quatuor et de uno / sicut quatuor quorum unus habeat geometriam / alius et habeat scientiam / tertius naturalem et habeat scientiam / tertius grammaticalem et habeat scientiam / quartus musicalem / et sit unus qui omnium illorum per unam scientiam habeat scientiam / tunc de illo verum est dicere quod est geometer naturalis physicus geometer et musicus / quoniam non sit in eo nisi una res secundum quam tamen omnia sibi conveniunt / tamen alia et alia ratione

Quare dicuntur omnia esse in deo / et quod factum est vita esse in eo

Propterea omnia dicuntur esse in deo et fuisse ab eterno / unde aug. super Genesim: Haec visibilia antequam fierent / non erant / Quomodo ergo deo nota erant que non erant / et rursus quomodo ea faceret que sibi nota non erant / non enim quicquam fecit ignorans / Nota ergo fecit / non facta cognovit / Proinde antequam fierent / et erant et non erant / erant in dei scientia / et non erant in sua natura / Ipsi autem deo non audeo dicere aliomodo innotuisse cum ea fecisset / quam illo quo ea noverat ut faceret / apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio

deus cognoscit omnia in deo beatitudo in essentia et ita est theologus

aug.

distinctio

obumbracio | Ecce hic habes quia secundum consilia angelorum

sicut in dei scientia causa | Ex his igitur supradictis omnia dicuntur

esse in deo et omne quod factum est dicitur esse vita in

ipso | non ideo quod creatura sit creator | vel quod ista tempora-

lia essencialiter sint in deo | sed quia in eius scientia

semper sunt | que vita est

[illegible] sequitur in quo infert aliam conclusionem scilicet quod omnia dicuntur esse presentia deo non solum que presentia sunt sed etiam illa que preterierunt et que futura sunt et hanc probat per Ambrosium de trinitate et Augustinum super illud verbum psalmi et pulchritudo agri mecum est [illegible] non sic est intelligendum quod omnia essent presentia deo secundum veritatem essencie [illegible] sed [illegible] cognitionem sic quod actu cognoscit omnia presentia preterita et futura [illegible] actu sue cognitionis [illegible] presentialitas ita quod nulla successio cognitionis est [illegible] mutatio cognitionis est [illegible] et hac de causa omnia deo sunt presentia [illegible] in deo [illegible] preteritorum [illegible] creature [illegible] creature est successio et [illegible] mutatio [illegible] cognoscit [illegible] preterita et alia [illegible] et [illegible] creatura habeat notitiam preteritorum et futurorum [illegible] omnia sunt sibi presentia ut deo
et eadem ratione dicuntur omnia ei presentia.

Inde est etiam quod omnia dicuntur ei esse presentia

| non solum ea que sunt | sed etiam ea que preterierunt | et

ea que futura sunt | secundum illud | qui vocat ea que

non sunt tamquam ea que sunt | etiam ut ait Ambrosius

in libro de trinitate ita cognoscit ea que non sunt | ut

ea que sunt | et hac ratione omnia dicuntur esse in

eo vel apud eum sive ei presentia | unde Augustinus

super illum locum psalmi Et pulchritudo agri mecum est

ideo inest incircumscripte / qua apud deum nichil preterit

nec futurum est / cum illo sunt omnia sicut et ei non

detrahuntur iam preterita / Cum illo sunt omnia cognitione

quadam ineffabili sapientie dei / Ecce hic apud Augustinum

ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi verba

/ omnia sunt deo presentia / in deo sunt omnia / vel cum

deo vel apud deum / vel in eo vita / quod scilicet

omnium cognitio in eo est /

Utrum deus seipsum cognoscendo omnia alia a se cognoscibilia distincte cognoscat

Quod non / deus non cognoscit seipsum / ergo etc. Probatio falsa quia tamen antecedens probatur quia quod comprehenditur habet intellectum comprehendentem sed quod comprehenditur per intelligentiam intus clauditur / et terminatur / deus vero non est terminabilis ergo etc. Quod deus non cognoscit seipsum ergo / quia non alia a se / patet quia tunc divina essentia esset ratio cognoscendi omnia alia a se / non videtur verum / quia vel ut una secundum rem et rationem vel ut plures / non primum quia unius rei et rationis non tenet nisi unum / nec secundum / quia in deo non possunt poni plures rationes reales / nisi magistro sentit unum rerum ad creaturas et ideo ut creature essent obiecta quod non possunt esse ea divine essentie. Quod non sit deus non cognoscit omnia cognoscibilia quia tunc simul scientiam possibilia et impossibilia et scientiam contradictoria esse falsa vel vera simul et semel. Quod non sit deus non distincte cognoscit omnia cognoscibilia igitur antecedens probatur quia tunc iam distincte cognoscit infinita aliud extra se et infinitum simpliciter. In oppositum est textus apostoli ad hebreos 4 / ubi dicitur / omnia nuda et aperta sunt oculis eius / et Augustinus 12 de trinitate quod omnia novit pater in filio / omnia novit in seipso. Primo notandum quod quia dicitur in titulo utrum distincte cognoscat / quod hoc potest dupliciter intelligi / uno modo quod li distincte determinet cognitionem / ut sit sensus quod distinctis cognitionibus cognoscat / ut puta alia cognitione cognoscat a / alia b / vel aliter ut distinctio referatur ad res cognitas ut sit sensus quod una cognitione cognoscat res / et non solum universaliter sed etiam qualiter singulariter. Tunc sit suppositio ista / deus est ita perfectus quod nichil perfectionis sibi possit addi / patet cum sit infinite perfectus / et nichil perfectionis sibi deficiat. Tunc sit conclusio prima ista / cognitio dei qua seipsum cognoscit est infinite perfecta / probatur quia intellectus divinus est infinite perfectus / ergo infinite perfecte cognoscit / quia tamen eius cognitio sit perfecta intellectus / et antecedens patet ex suppositione premissa. Conclusio 2a / cognitio dei non dependet ab aliquo extrinseco obiecto / vel specie / patet quia nullum accidens est productum alicuius infinite perfecti ergo quia tamen eius cognitio dei sit simpliciter infinite perfecta. Conclusio 3a quod dei cognitio est simpliciter perfecta

1a conclusio

2a conclusio

3a conclusio

per ipsius essenciam patet quia non est ab aliquo extrinseco obiecto vel specie seu habitu accepta quia tamen non sit modus intelligendi preter illos et cetera patet per predicta. Questio .2a. quod deus
una cognitione cognoscit se et omnia vel omnia que cognoscit. Licet cognitio dei admittatur est simpliciter infinite perfectionis quod ex questione patet quia alias cum infinita cognoscat oportet infinitas cognitiones ponere vel distinctas in deo ponere
quod est inconveniens. Ex illa sequitur quod si distincte cognoscere capitur pro eo quod quia est perfecte
patet tamen quod una cognitione cognoscit. Questio .3a. quod quodlibet cognoscibile deus
perfecte cognoscit quia perfectius cognosci non possit patet quia quodlibet infinite
perfecte ut patet ex premissis. Ex illis sequitur primo quod deus non solum cognoscit
res singulares sed etiam singula qualibet. Secundo sequitur quod si distincte
cognoscere capitur 2° questio est vera. Questio .4a. de nulla re possibile est deum
habere novam cognitionem, patet quia tunc eadem cognitio dei non esset simpliciter
summe et infinite perfectionis contra premissa quia non sibi posset denovo cognitio accidere
vel etiam non cognosceret per essenciam. Ex illa sequitur quod deus una cognitione cognoscit
omnia non solum presencia verum etiam preterita et futura et possibilia. Et notandum
in fine de cognitione admittitur quod adeo deum cognoscere est esse non est aliud
nisi facere a esse vel permittere a esse et tamen non denovo facere. Sed sicut
premisse intelligitur de ipsa dei cognitione qua per ipsius essenciam se et omnia
alia comprehendit. Sed tunc restat solum videre per quem modum nos possimus intelligere
quod deus omnia simul et semel una cognitione cognoscit, de hoc est duplex
modus, unus est quod deus per modum causalis cognoscit propriam omnia per hoc quia
deus est sufficientissima causa omnium vel productiva et ipse actualiter cognoscit se omni
modo quo aliquid potest producere ergo etiam cognoscit actualiter omnia, verbi gratia si pictor cogno-
sceret se omnibus modis quibus posset a se aliquid originari ille cognosceret infinitas
alias. Sed licet modus ille satis planus sit, tamen aliquis non acceptat eum, ideo
vero cognoscendi prius debet esse ea producendi quia causa cognitio precedit
productionem et ideo deus producit quia cognoscit non ideo cognoscit quia producit.
Et ideo datur alius, quod divina essencia cum ex propria perfectione sit in se perfectiva omnium et
et possibilium et ideo in ipsa tamquam in exemplari relucent omnes res simul vel ut
vocat deus aliquas racionis ydeales, et ideo deus cognoscendo immediate se esse
exemplar omnium et habere quasi ydeales plures ideo cognoscit una cognitione omnia
admittatur tamen quod tales ydeales racionis non possunt reales pluralitates aut diversitates in
deo sed omnes unum sunt in deo, sed plures intelliguntur ad creaturas ipsius infinite.
Ad racionem ad partem nec dicitur ad primum dicitur, quod verum est de infinito intellectu et cetera secundum quod iste
intellectus infinite comprehendit non oportet esse finitum. Ad 2am et patet per responsionem per
quem modum divina essencia est ro cognoscendi. Ad 3am patet solucio quod sepe ante cum eius
modificatione ad patet per ante quod deus simpliciter infinita cognoscit quomodo precius sine modo
quam cum modo.

Distinctio .xxxvi. Superius magister determinavit de sciencia dei secundum se, hic agit de comparacione
rerum scitarum ad scientem et cetera et primo de existencia rerum in deo in hac distinctione,
secundo de presencia dei in rebus in distinctione sequenti. Et dividitur hec distinctio in partes

In primo capitulo dicitur mouet hanc questionem utrum omnia que deus cognoscit possint vere dici in essentia eius sicut dicuntur in eius presentia et cognitione [illegible]

Utrum concedendum sit omnia esse in dei essentia vel in deo per essentiam sicut omnia dicuntur esse in dei cognitione vel presentia

Solet hic queri, cum omnia dicuntur esse in dei cognitione seu presentia vel in deo per cognitionem, et eius cognitio vel presentia sit divina essentia, utrum concedendum sit omnia esse in divina essentia vel in deo per essentiam.

[illegible]

Ad quod dicimus / quia dei cognitio eius utique
essentia est / et eius presentia in qua sunt omnia /
ipsius cognitio est / nec tamen omnia que sunt in eius
presentia vel cognitione in eius essentia esse dici
debet / Si enim hoc diceretur intelligerentur esse / eiusdem
cum eo essentie (In deo enim dicitur esse per essentiam
quod est divina essentia que est deus / habet ergo
deus apud se in presentia sua / que non habet
in sua natura / unde augustinus de verbis apostoli ita ait /
Elegit nos ante mundi constitutionem / eius suf
ficiat hoc explicare / Eliguntur qui non sunt /
nec errat qui eligit / nec vane eligit / Eligit
tamen et habet electos quos creaturus est eligendos
/ quos habet apud semetipsum / non in natura
sua sed in presentia sua / nondum erant quibus pro
mitteretur [...] sed et ipsi promissi sunt quibus
promitteretur / Ecce hic aperte dicit deum apud
semetipsum habere electos ante mundum / non in natura

sua sed in presciencia/ cum tamen eius presciencia non sit aliud quam eius natura/ quia ipsius presciencia est eius noticia/ potest tamen ad electos referri cum ait in natura sua/ i. illorum/ illos quippe habuit ab eterno apud se/ non in natura sua/ i. illorum/ qui nondum erant/ sed in sua presciencia/ quia eos ita novit ac si essent

Capitulum xx in quo magister ponit aliam questionem utrum etiam mala debeant dici in deo/ et arguit primo quod sic/ quia omnia dicuntur esse in deo per cognicionem/ et [illegible] principaliter omnia bona dicuntur esse in deo et in [illegible] cognicione eius igitur pari racione videtur esse dicendum de malis/ quia ab eterno deus cognovit [illegible] malos tam in angelis quam in hominibus et eorum maliciam/ et hoc declarat per [illegible]

Utrum mala debeant dici esse in deo sicut omnia bona/ cum utraque sint in eius cognicione et presciencia/ omnia enim cognoscat

Post predicta queritur cum omnia dicantur esse in deo non per essenciam nature/ sed per cognicionem sciencie/ et deus sciat bona et mala/ utrum concedendum sit semper mala esse in deo/ sive esse in deo per cognicionem/ scit enim deus et scivit semper omnia tam bona quam mala etiam antequam fient/ et prescivit ab eterno ea futura ideo quod cum omnia bona diximus esse in deo propter presenciam cognicionis/ eadem racione videtur dicendum omnia mala esse in eo cum ea semper noverit.

et per cognitionem ei presentia fuerint. Precognovit enim deus ab eterno quosdam futuros malos et eorum malitiam, ut ait Augustinus, prescivit, sed non preparavit. Cum ergo predicta omnia sciat, nunquid intelligendum est ea includi in generalitate locutionis qua dicit Apostolus: Omnia ex deo, ex ipso sunt et per ipsum et in ipso sunt omnia.

vel in libello quodam ad prosperum [illegible] — ii 3° de predestinatione contra pelagianos — [illegible] — id est mala culpe

Hic arguit ad oppositum quoniam sic: illa sola sunt in deo que sunt ex ipso et per ipsum et quorum deus est auctor; sed deus non est auctor malorum; ergo mala non sunt in deo. Responsio: esse in deo tripliciter dicitur, vel cum actu, secundo auctoritate [illegible] non est intelligenda [illegible] ex solum illa [illegible] in deo que sunt ex deo et per deum [illegible] multa deus cognoscit que omnia sunt in deo et tamen nec sunt ex deo nec per deum nec [illegible] accipitur [illegible] non [illegible] intelligit que [illegible] tamen non faciet illa sunt in ipso et tamen [illegible] multa que deus intelligit [illegible] et [illegible] habet [illegible] ex ipso vel per ipsum; 3° accipitur [illegible] apostolus [illegible] est in deo [illegible] est esse ex deo et per deum [illegible] ad [illegible] intelligit [illegible] mala [illegible] que deus non [illegible] mala [illegible] nec ipsa possunt esse ex ipso nec per ipsum [illegible]

non ad oppositum — sunt in [illegible]

Sed quis nisi insanus dixerit mala esse in deo? Illa enim in deo esse intelliguntur que ex ipso et per ipsum sunt. Ea vero per ipsum sunt et ex ipso quorum auctor est. Deus non est auctor nisi bonorum; non ergo ex ipso et per ipsum sunt nisi bona; ista ergo nec in ipso sunt nisi bona; non ergo mala in deo sunt.

Quere de hoc quod dicit quod illa esse in deo intelliguntur que ex ipso et per ipsum sunt, videtur enim male dicere, quia cum talia non sunt nisi [illegible], ergo in deo non sunt nisi que [illegible], quod est manifeste falsum; et contra Augustinum qui dicit quod [illegible] sunt in deo ab eterno. [illegible] dicit bonum [illegible], vide supra.

Capitulum 3m in quo magister solvit predictam questionem et primittit istam questionem: cum deus cognoscat mala tamen non omnino cognoscit mala sicut bona [illegible] quia mala que [illegible] alia [illegible] deus aliquo cognoscit [illegible] mala sunt aliquo abstracta deo, igitur non omnino cognoscit mala sicut bona [illegible]

[co]gnoscat vniuersa dicendo quod quia nobis adeo vilis quod ipse comparatiuo non habeat
[in] quibus proprie principaliter diuina ... dicitur vilis comparatione et ordine ad vniuersum pro
comparacione requirit omnibus gradibus inferiorum et superiorum in entibus totius vniuersi. Videtur
[a]lia non cognoscit quia dicitur ipsum vniuersum ordinem cognoscere quod habet absurdum aliud tale
...te intelligens nisi non videat intelligendo vniuersa omnia intelligit non sunt in actu
... sunt in actu sed potentia prohibent vniuersa intelligere quia perfectius ... a
[infer]iorum et superiorum quod sunt nobis possibilia plura intelligere non sit aut de
... quam comparatione ... diuina intellectum intelligit et cognoscit.

modis habz esse p^o i mente dei q' generat 2° i seipsa 3° in causis efficientibus naturalibus
... 4° i mente angelica / 6° i mente humana / ... sicut q sunt i mente divina
... dei ... ydee sunt q appetunt ... sunt i mente divina / p^o ... dei ... ydee
... et actualitas ... sunt ydee ... i mente / ... ydea ... forma
... rebus ... ydee ut sunt i seipsis / 3° ... esse ... non sunt
... i causis naturalibus / ... i communita... esse ... ydee ut ... i intellectu
... a ... i seipsis sunt ... a sua ad ignorantia / ... dicit ... ppriet
... non sunt ydee ut sunt i mente ... non ibi non ... ydee
... in arte ... dei ... 3° ... aut ... appetit ut
... in deo ... in deo sunt vel ... ydee

tenebris adimpletus est venter eorum quod Augustinus exponit

Etenim licet ea noscat / non tamen omnino ita noscat

ut bona / mala enim quasi alonge cognoscit / ut

ipsa / et alta alonge cognoscit id est superbiam

/ et alibi ad deum loquens de malis ait De ab-

sconditis tuis / adimpletus est venter eorum / quod exponens

Augustinus Abscondita inquit sunt peccata / que a lumine

divine veritatis absconduntur

Hic movet dubium circa id ultimo dictum quod peccata a deo absconduntur quia de eis deus iustissime iudicat / et probans confirmacionem adducit dictum prophete Etenim neque ab oriente neque ab occidente deest / et etiam adducit Cassiodori qui dicit nec a bonis nec a malis deus deest sed omnibus presens et cognitor est

Sed quomodo peccata a lumine veritatis divine absconduntur

cum a deo sciantur / si enim non sciret / quomodo de illis

iudicaret / et pro illis malos condempnaret / alibi

Propheta dicit / etenim / neque ab oriente / neque ab occiden-

te deest / quod exponens Cassiodorus inquit neque

a bonis neque a malis deest deus / sed omnibus

presens et cognitor est

Respondet magister ad dictam dubitationem et vult quod deus cognoscit tam bona quam mala per scientiam / sed bona etiam cognoscit per beneplacitum et approbationem / mala autem non sic / et ideo mala dicuntur deo abscondita / quia illa nec ...

rationis i. sic approbat illa verba Cassiodori. Et pro isto dicto etiam inducit auctoritatem Augustini que patet Enchiridion di. B. v. Approbatio vero cognitionem simul includit addit beneplacitum voluntatis / hoc autem beneplacitum convenit bonum ... in eo ... eius est ... deo cui non placet nisi bonum / Et omne bonum ... simpliciter ... est deo / Si quis ... dicat ... cognoscendi simul approbationem tunc omnia que deus cognoscit notitia approbationis sunt in ipso ... tunc ... quod approbatio sit ... bonitatis actu ... non est ... quod est in deo sit cognitio notitia approbationis ... etiam ... bonitatis in ... sicut exemplar ... entitate non quia sit sed quia deus sic etiam facit / Et ut sic ... est in deo nisi quod cognoscit notitia approbationis quia sic cognoscit omne bonum quod est vel quod sic facit et illius habet ... et ideo est ... in deo

Cognoscit ergo deus et bona et mala per scientiam, sed

bona cognoscit etiam per approbationem et per beneplacitum,

mala vero non. Unde Cassiodorus super psalmum dicit: Peccata

abscondita sunt deo, quia non novit id est non approbat.

Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscondi a

lumine dei, Enchiridion. Etiam in libro ad Helvidium insinuat

cognitionem dei variis modis accipiendam, inquiens:

Si ad scientiam referas, non ignorat deus aliquos

vel aliquid; qui tamen in iudicio quibusdam dicet: Non novi

vos. Sed ea improbatio hoc verbo insinuata est.

Sicut enim non cognoscere dicitur deus, que non approbat, sic ei

non placet. Apparet itaque verum esse quod diximus,

scilicet quia quodammodo cognoscit deus bona que non

[illegible] ... et cetera ... qui legem dei non tenent ... deus posset ... si vellet ... sunt peccatores ... precepta legis de malo ... male ... libertati ... malefactor ... puniatur

xxxvi

cognoscit mala. patet quod utraque eorum modo non

sit quantum ad notitiam, sed bona etiam approbative

et beneplacito cognoscit

Hic magister infert solutionem questionis et vult quod mala non dicuntur esse in deo sed solum illa que sic cognoscit quod ei placent et ea approbat quod etiam posset dici quod mala quantum mala non sunt in deo ... non sunt ... in deo sed bona cognoscit ... et ita ... sunt in deo

Hic aperit quare tantum bona dicuntur esse in deo non mala

Et inde est quod bona tantum dicuntur esse in deo non mala

et illa ipse scit longe quod licet aliqua in deo dicantur

esse propter cognitionis presentiam et deus bona et mala

cognoscit, mala tamen non cognoscit nisi per notitiam, bona

vero non solum per scientiam sed etiam per approbationem et beneplaci-

tum et tale cognitione aliqua dicuntur esse in deo scilicet que ea

ita scit ut etiam approbet et placeant vel ita scit

ut eorum sit auctor

Capitulum ... in quo confirmat solutionem premissam dicens quod mala non dicuntur esse in deo ... omnia esse in deo ... ut dicit ... in libro de ... sed mala non sunt ... quia alias ipse esset auctor malorum ... [illegible] ... omnia sunt ... deo ... et cetera ... sufficientissimus ... omnia ... in deo ... infinito ... omnia ... hec ergo tres ... deus ... sufficientissimus et infinitissimus ... intelligendi ... et de eis loquendo quantum ad ... habitudines sic ista sunt ... tribus ... primum

et ideo appropriatur patri quae est prima in trinitate persona. Et per ipsum dicit rationem medii et ideo appropriatur filio quae est media persona. Sed in ipso dicit rationem ultimi et consummationis et ideo appropriatur spiritui sancto qui est tertia persona. Et idem omnia sunt ex deo et per ipsum et in ipso

Proinde si diligenter inspiciatur idem videtur omnia

esse ex deo et per ipsum et in ipso. Unde ambrosius in

libro de spiritu sancto. Haec tamen ex ipso et per ipsum sunt omnia et in ipso

unum esse sine discrimine. Cum quid per ipsum esse

omnia negaverit in ipso esse omnia eadem vim habent omnia

Roᵐ. ix. Cuius vult miseretur et quem vult indurat. Nomine misericordiae intelligitur praedestinatio seu praedestinationis effectus, nomine obdurationis non potest intelligi reprobatio, quia obduratio est aliquid meriti, ut dictum est, reprobationis non meritum. Sed per obdurationem intelligitur punitio quae quaedam est effectus reprobationis. Contra quia dignus obduratione non capiatur per reprobationem, tamen quia reprobatio quandoque capitur per obduratione sicut praedestinatio quandoque sumitur pro effectu eius, supple appositione quae est ratio. Quod autem nulla sit meriti praedestinationis patet, quia nulla sunt merita appositionis quae praecedunt, ergo multominus erunt merita praedestinationis. Nec etiam aliqua sunt merita reprobationis, patet quia ab aeterno deus elegit Jacob et Esau reprobavit antequam essent aliqua merita eorum. Contra secundum hoc ut dicit B. Th. quod de essentia praedestinationis sunt duo, unum est effectus salutis aliquorum, aliud est voluntas salutis aliquorum. Ergo effectus salutis aliquorum non causatur a scientia aliquorum operum, ita deus non ideo facit effectum salutis quia fiat eum benefacturum, eo quod deus non cognoscit effectus per causas sed per se ipsum et per suam essentiam, unde non potest de deo dici quod ipse sciat hoc quia sit causatum eius, sed ipse magis intuetur essentiam suam quae est causa sua in qua videt omnia que sunt tam causata quam causas. Similiter voluntas sua cum sit libera magis quam aliqua alia voluntas non habet causam nisi summam voluntatem suam. Non est non est aliud nisi bonitas sua quae est ipsemet. Cum ergo quilibet creaturae deus vult hoc quaemet fundatur quia propter bonitatem suam. Sic scientia meritorum non est causa praescientiae dei. Ita ut aliquod opus aliqui causa esse possit tamen effectus divinae voluntatis hoc est volitum ad dei voluntatem ordinatum, patet per hoc quod aliqui causa quod deus praesciunt ab aeterno, sicut ad hoc est volitum quod iste habeat vitam aeternam, non hoc vitam aeternam praecedit quod causa quia quod merito proprio vel alieno. Et istud ordinem causae ad causatum vult deus et vult quod effectus sit quia causa est. Ita quod talitas non ad volentem sed ad volitum spectat. Ita quod causa sit voliti et non volendi B. Th. Et nota B. v. in praedestinatione tria intelliguntur: propositum aeternum et similiter in reprobatione est propositum aeternum quo scilicet deus ipse habeat ad omnia, ut dicit B. Th. In non omnia sunt propriae eadem ad respicientem largitatem bonitatis eius et secundum dispensationem et ordinationem habet ipse deus, quo adhuc nullus est meritum et praedestinationis et reprobationis. In tertio in praedestinatione est aeterna glorificatio et in reprobatione aeterna damnatio. Et quo adhuc cadunt ambo sub merito. Item ad hoc non sunt medium praedestinationis est iustificatio et reprobationis temporalis obduratio, et de hiis est diversum quod obduratio semper cadit sub malo merito seu sub demerito. Iustificatio autem nec semper sub merito nec semper sub merito, quia meritum dupliciter est, scilicet congruum et est illud quod peccator facit quod in se est et per hoc; secundum meritum est condignum quod iustus facit per alio. Sed condignum quod iustus operatur per se ipsum. Apostolus dicit ipse per se gratiam quod iustus facit per alio. Iustificatio sub merito congruo, per tale quo ad ipsam gratificationem. Sub merito digni quo ad aliud, scilicet quia peccator non est dignus iustificatione. Sed sub merito condigni quo ad nemus. Et hoc solum ipse est meritum. Contra quod beatus Augustinus textum istum mattheus super Jo. ... illud trahit illud aut dimittat. Dicit noli velle indicare si non vis errare. Et dicunt doctores quod causa in generali potest assignari quare aliqui sunt electi et alii reprobati, scilicet ut in electis appareat misericordia dei, in aliis autem eius iustitia. Doctor. Tho. p. pᵃ. q. 23. ar. 5. ad 3. dicit etiam quod quia bonitas divina non sit potest praedestinationem et reprobationem voluit ergo deus quantum ad aliquos suam bonitatem representare per modum misericordiae, quantum ad alios per modum iustitiae punientis scilicet malos. Utrum aliquod sit meritum obdurationis vel misericordiae

Re[sponsio] et ista causa volitum non volendi, scilicet quaedam volita ex parte effectus et hoc causam quibusdam ... completa ... effectus praedestinationis ... quia ... [illegible]
... [illegible] ... causa ... effectus ... [illegible]

Si autem queris meritum obdurationis et misericordie, obdurationis meritum invenies, misericordie meritum non invenies, quia nullum est misericordie meritum, ne gratia evacuetur si non gratis datur sed meritis redditur. Miseretur itaque deus secundum gratiam que gratis datur; obdurat autem secundum iudicium quod meritis redditur. Unde datur intelligi ut sicut reprobatio dei est nolle misereri, ita obduratio dei sit non misereri, ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non erogetur.

Ex his aperte ostenditur quid intellexerit per obdurationem intelligi. Et quia misericordia nullum adiuvat meritum, obduratio vero non est semper sine merito. Et misericordie verbo hic accipitur predestinatio, et precipue predestinationis effectus; obduratio vero non ipsa dei etiam reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratie privatio sive subtractio, que quodammodo est reprobationis effectus, accipitur.

ta aliquando reprobacio pro obduracione / sicut et
predestinacio pro suo effectu / qui est gratia apposita / gra-
tia enim que apponitur / effectus est predestinacionis /

Eorum igitur gratie / que apponuntur homini ad iustifi-
tatem nulla sunt merita / nullorum et ipsius pre-
destinacionis / quia ab eterno elegit deus quos
voluit / aliquid presentit existere merita / ita nec reprobacionis
/ qua ab eterno quosdam presciuit futuros malos et
dampnandos / sicut elegit Jacob et esau reprobat
/ quod non fuit pro meritis eorum que tunc haberent que
nulla habebat / quam nec ipsi existebat / nec propter
futura merita que previdebat illum elegit / vel illum
reprobavit /

Exemplum ponit de Jacob et Esau dicens quod nec illum reprobavit deus pro merito

Ergo patet quod hominis merita vel demerita non sunt causa predestinacionis vel reprobacionis

Capitulum 2m in quo magister removet unum errorem circa causam predestinacionis / quia quondam erat beatus Augustinus quod deus diligit aliquem / et fuit opinio eius / quod deus predestinavit aliquem / propter futuram fidem eius / ut quia sciuit Jacob in se credere / ideo predestinavit eum / et Esau non crediturum in se / ideo reprobavit. Et hanc opinionem magister removet / et vult istam quod deus non propter fidem vel merita predestinavit aliquos ab eterno / vel gratiam iustificacionis alicui dedit / sed gratuita bonitate / et hanc probat per Augustinum qui opinionem suam gratis retractavit / et probat per eundem qui in libro suo de predestinacione sanctorum affirmat eum dicendum qui in libro de praedestinacione sanctorum non quia futuros nos tales esse scilicet bonos et iustos destinavit sed ut essemus tales per suam gratuitam electionem deus presciuit nos elegit / sed ut essemus tales / et nec est efficacior ... nullum opus meum est causa voluntatis divine / nec est ... intelligendo non de opere sequente gratiam / quia sic est causa gracie / ... de operibus precedentibus / sicut est quod ad gratiam habet ... merendi a gratia /

dispone(re)t / quia illi vult deus gratiam infundere que facit se ad suam gratiam pa-
ratus / et ideo dicit Ambrosius in quadam glo(ss)a ex persona dei / dabo illi gratiam qui
s(e) ad me per exercitium ex toto corde converterit / non tamen illud est sufficiens
causa gratie / nec est illud finis voluntatis eius / sed sola sua bonitas / distinguitur
autem electio sicut et quod predestinatio / uno modo electio dicitur ex parte primo cum affectus
dilectionis / 2° cum effectus finalis gratificationis / 3° cum status perfectionis
qua est eterna / et est idem quod predestinatio / 2a est temporalis et equivoca dicta / 3a est
bonorum et malorum / multi enim mali perficiuntur in prelationibus **Opinio quorundam
in qua fuit aliquando Augustinus sed postea retractavit**

Opinati sunt tamen quidam deum ideo elegisse
Jacob, quia talem futurum prescivit, qui in eum crederet
et ei serviret. Quod aliquando **Augustinus** se sensisse
dicit, in libro retractationum, ubi aperte ostendit, ipsum
propter futura merita electum esse. Verum non ex
gratia esset electio. Non ergo ideo electus est a deo,
quia talis futurus erat, sed ex electione talis
factus. Ita dicens: Disputans quid elegerit deus
in nondum nato, cui dixit serviturum esse maiorem,
et quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobaverit, ad
hoc perduxi ratiocinationem, ut dicerem: Non ergo ele-
git deus opera cuiusquam in prescientia, que ipse datu-
rus est, sed fidem elegit in prescientia, et quem sibi cre-
diturum esse prescivit, ipsum elegit, cui spiritum sanctum

daret, ut bona operando etiam vitam eternam consequeretur.
Ecce hic aperte dicit non propter opera eum elegisse, sed
propter fidem qua eum prescivit crediturum. Sed ex
fide meritum est, sicut et in operibus. Hoc retractavit
dicens: Nondum diligentius quesieram, nec adhuc in-
veneram qualis sit electio gratie, de qua dicit Apostolus:
Reliquie per electionem gratie salve fient. Que utique non
est gratia, si eam meritum precedit, iam quod datur non secundum
gratiam, sed secundum debitum redderetur potius meritis quam do-
natur. Proinde quod continuo dixi: Dicit enim idem
Apostolus: Idem deus qui operatur omnia in omnibus; nusquam
autem dictum est: Deus credit omnia in omnibus, ac deinde
subiunxi: Quod ergo credimus nostrum est, quod vero boni
operamur illius est qui credentibus dat spiritum sanctum, profecto
non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter dei
munera reperiri, que dantur in eodem spiritu. Utrumque ergo
nostrum est propter arbitrium voluntatis, et utrumque datum
est per spiritum fidei et caritatis. Et quod paulopost dixi

nostrum est credere et velle / illius autem dare credentibus
et volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum
per quem caritas diffunditur in cordibus nostris / utrumque ergo
secundum eandem regulam / et utrumque ipsius est / quia ipse preparat voluntatem
et utrumque nostrum / quia non fit nisi volentibus nobis / Ergo
et initium fidei / de munere dei venit / non ergo propter
fidem vel initia alicuius elegit deus aliquos aliis abiciendo
vel apposuit gratiam iustificationis in tempore sed gratuita
bonitate sua elegit / ut boni essent / unde augustinus
in libro de predestinatione sanctorum / non quia futuros nos tales
esse presciuit ideo elegit sed ut essemus tales per ipsam
electionem gratie sue qua gratificavit nos in dilecto filio suo /

Capitulum xxi / in quo magister obiciat quod dictum est per dominum augustinum super malachiam ... ubi dicit / in nobis precedit ... iustificatus precedit aliquid, quo digni efficiantur iustificatione / et sicut illi qui resurgunt a peccatis / In quibusdam vero non precedit aliquid tale ... quo sit dignus obtusione vel induratione / ... [illegible] ... deus aliquos elegit / et alios reprobavit ... veritatem ab augustino ... [illegible] ... malachie primo / et est scripta de libro ... Bernardus ... tata in libro retractationum ... augustinus loquitur ... vocatis ad primam ... quorum aliqui per hoc quod ... digni sunt obtusione / ... [illegible] ... in iustificatione precedit ... deus vocat ... vel aliqua significatione ... conterit et dolet ... remitti peccatum

[illegible] non voluntas tamen [illegible] et dolor / sed deinde per dolorem et voluntatem meretur aliquis iustificari / loquitur [illegible] Augustinus [illegible] de omni gratia que preveniunt voluntatem / [illegible] aliquid precedit in peccatoribus / in istis quo digni efficiantur iustificatione id est peccati remissione / in aliis / id est reprobis quo digni sunt obtusione / sed de gratia [illegible] voluntate [illegible] debet [illegible] sicut [illegible] ibi [illegible] Augustinus [illegible] Augustinus de novo castro
Et hys videtur esse contrarium quod alibi Augustinus ait

His tamen adversari videtur quod dicit Augustinus super Malachiam prophetam / ubi scriptum est Jacob dilexi Esau autem odio habui / Cui vult inquit miseretur et quem vult indurat / Sed hec voluntas dei iniusta esse non potest / venit enim de occultissimis meritis / quia et ipsi peccatores cum propter originale peccatum unam massam fecerint / non tamen nulla inter eos est diversitas / Precedit ergo aliquid in peccatoribus quo quamvis nondum sint iustificati digni efficiantur iustificatione / et item precedit in aliis peccatoribus quo digni sunt obtusione / Ecce hic videtur Augustinus dicere quod et ipsa dei voluntas qua alios eligit / alios reprobat ex meritis veniat sed occultissimis / id est quod propter merita alios voluit eligere alios reprobare / et quod propter merita aliis apponitur gratia iustificationis aliis non / unde obtuduntur / Sed quid intelligere voluit ignoravit / nisi forte dicatur hoc intellexisse quod supra diximus

cum ītitasse / non tamen ibidem eadem edita alia / que subdit

que in libro retractationis apte retractat / quod utrumque legenti

patebit / unde verisimile est quod prius etiam sic retractasse

Exponit auctorem quorundam qui dicunt augustinum sic intelligendo fore / quia aliqui non sunt ita mali ut mereantur sibi gratiam non impertiri / et alii tamen in profundum iniquitatis pervenerunt ut mereantur digne abici / sed magister dicit hunc intellectum esse frivolum / ut aliqui dicatur ex eo dignum gratia quia non sunt ita indigni sicut alii / et dicit hunc intellectum esse frivolum ex eo / quia minus est extorta expositio ut dicatur illos esse dignos gratia qui non sunt ita indigni sicut alii / tamen in proposito etiam licet / pro et cum tali sensu dictum intelligi

alia litera — pro dignum

Quidam tamen ex eo sensu accipiunt fore dictum

Potest tamen ex eo sensu accipi fore dictum non quod aliquis perdigne pro meritis vel iustificationis gratiam mereatur / sed quod aliqui non adeo mali sunt ut mereantur gratiam sibi non impertiri. Nullus enim dei gratiam mereri potest per quam iustificatur / sed tamen mereri ut non apponatur / ut penitus abiciatur. Et quidam aliqui in tantum iniquitatis profundum devenerunt ut hoc mereantur / ut hoc digni sint / alii vero ita vivunt ut etsi non mereantur gratiam iustificationis / non tamen omnino merentur repelli et gratiam sibi subtrahi. Ideoque dixit in quibusdam peccatoribus precedere / quo digni sunt iustificatione / et in aliis quo digni sunt obtusione sed hoc frivolum est

predit

Secundum quidam destruit aliud errorem dicentium quod anime prius fuerunt in celo et ibi peccauerunt et propterea ad corpora uelud ad carceres sunt detruse. Sed magister dicit quod hanc opinionem respuit fides catholica et hoc probat per scripturam et dictum apostoli qui uult quod antequam nati essent homines aut aliquid boni aut mali egissent deus unum elegit et alium odio habuit. Primo quorundam falsa de occultis dei dissensionem ...

Multi uero de isto profundo querentes reddere rationem altitudinis secundum cecitudinem cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantes in fabulas uanitatis abierunt dicentes quod anime sursum in celo peccant et secundum peccata sua ad corpora pro meritis dirigunt et digne sibi quasi carceribus includuntur.

Ieronimus. Ierunt hii tales post cogitationes suas et uolentes disputare de dei profundo uersi sunt in profundum dicentes animas in celo ante commissas et ibi aliquid boni uel mali egisse et pro meritis ad terrena corpora detrusas esse. Hoc autem respuit catholica fides propter euidentem apostoli sententiam qua ait cum nondum nati essent aut aliquid boni uel mali egissent etc. Melior est ergo fidei ignorantia quam temeraria scientia.

Hic magister concludit ex dictis suis quod deus elegit quos uoluit eligere non propter hoc quod erant futuri fideles sed ideo elegit eos ut fideles fierent. Et hoc probat per illud apostoli prima ad Corinthios: misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Ita etiam malos reprobauit non propter eorum futura demerita sed secretissima equitate licet nobis occulta.

Et ita non habet opinionem quod deus predestinauit aliquibus ... destinatione uel reprobatione ... anime antequam essent corporibus unite

Elegit ergo quos voluit gratuita misericordia, non quia fideles

erant futuri, sed ut fideles essent, eisque gratiam dedit, non

quia fideles erant, sed ut fierent. Ut enim ait Apostolus:

Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Non ait quia fidelis

eram. Datur quidem etiam fideli, sed data est etiam prius

ut esset fidelis. Ita etiam reprobavit quos voluit,

non propter merita futura quae praevideret, veritate tamen rectissima

et a nostris sensibus remota.

Circa quintum, in quo ex dictis movet aliam questionem, scilicet quomodo cum deus dicatur aliquos elegisse ut boni fierent et fideles, an etiam ita possit dici aliquos reprobasse ut mali fierent et obdurare eos ut perirent. Respondet quod non debet hoc dici vel concedi, quia reprobatio non est ita causa mali sicut praedestinatio boni, nec obduratio ita facit hominem malum sicut praedestinatio facit ipsum bonum. Consequenter b. v. tertias de ea praedestinatione dicit: cavendum est ne divinae voluntatis dei magnificae volens eius voluntati derogetur. Et cum non esset alia ratio quare deus istum elegit et illum non, nisi quia placuit ei, et etiam non occulta dicuntur divina iudicia sed manifesta, ad quaelibet humana ratione capiat, nec dicuntur irrationabilia sed voluntaria. Et ergo dicit, prout dicit beatus Augustinus et dicit in littera, quod voluntas illa est rationabilissima et habet rationem, et sicut ab aeterno fuit ita ab aeterno rationem habuit, non tamen aliunde propter causatum, sed propter quotationem, et illud nobis non est omnino notum nec omnino ignotum. Unde quaedam quae procedunt a divina voluntate habent aliquando rationem in generali, aliquando in speciali, ut in generali, scilicet quare deus vult pluere, ratio est propter vitam animantium. Similiter quare vult remunerare, ratio est propter sua opera. Similiter habent rationem in speciali, ut quare deus vult pluere in hieme, est propter multos vapores non consumptos. Similiter quare Petrum vult salvare potius quam Iudam, ratio est quia propter bona merita illius et illius mala. Et ut etiam rationes generales sunt nobis manifestae, speciales nobis sunt occultae. Sed dubitatur quare deus non revelat nobis. Respondet b. v. quod non sunt nobis expedientes ad salutem ista cognoscere, sed nescientia illorum sunt nobis utilior propter humilitatem seu humiliationem nostram, reverentiam dei etc. Consequenter videtur dicere sola voluntas divina esse causam praedestinationis et probat per Apostolum dicentem: non sumus sufficientes cogitare ex nobis tamquam ex nobis, ex quo ut ... est a deo, et collatio gratiae et dispositio ad gratiam, et illa est via quibus et ex quo ... ut opera bona et cogitatio et cetera sunt a deo, sequitur quod praedestinatio omnia bona simpliciter sunt a deo.

Questio

Sed queritur utrum sicut deus dicitur elegisse quosdam ut boni fierent et fideles, ita etiam contrario debeat reprobasse quosdam ut mali essent et infideles et obduraret ut peccarent. Sed nullatenus concedi oportet. Non enim reprobatio ita est causa mali, sicut predestinatio causa boni, neque obduratio ita facit hominem malum, quemadmodum gratia facit bonum.

Circa primum in quo tractatur de prescientia et scientia dei, et querit utrum quod semel deus scit et prescit semper sciat et presciat ... [illegible]

Preterea considerari oportet utrum omnia que semel scit vel prescit deus semper sciat et scierit, et presciat et prescierit, an olim scierit vel prescierit quod modo non sciat vel presciat. De prescientia primo respondemus dicentes multa eum prescisse que modo non pscit. Cum enim eius prescientia non sit nisi de futuris, ex quo illa que futura erant presentia fuerunt vel preterierunt, sub dei prescientia esse desinunt, sub scientia vero semper sunt. Presciuntur ergo de

[illegible]

Item hoc notandum quod quedam sunt opera que conveniunt a divina voluntate cum alio adhuc ordinato ordine universalis sive naturali in creando sive movendo vel disponendo ut pluere et remunerare sive dampnare et salvare et ceterum divina voluntas est causa in generali et speciali unde si queritur quare deus vult pluere respondetur propter nostram utilitatem similiter si queritur quare vult remunerare aliquos respondetur propter suam gloriam similiter est causa in speciali ut si queritur quare vult deus pluere in hyeme non in estate tunc respondetur quia vapores aquosi magis in hyeme habundant quam in estate similiter si queritur quare magis vult salvare petrum quam judam respondetur quia iste habuit bona merita ille vero mala demerita. Aliud sunt opera que sunt a divina voluntate cum alio adhuc ordinato ordine coniuncti scilicet per viam glorificationis vel justificationis quia a divina voluntate cum cooperatione et operatione liberi arbitrii et hoc quod qui creavit te sine te non justificabit te sine te [illegible] ad invicem cum dei [illegible] attamen deus sine operatione et cooperatione justificat ut patet de sanctificatis in utero et ut dicitur de paulo [illegible] tamen omnium est causa voluntas in generali et est in speciali sed in generali etiam in speciali similiter si enim queritur quare deus vult justificare respondetur ad [illegible] sue ostensionis et si queritur quare non vult omnes homines justificare voluntate beneplaciti dicendum quod propter justicie sue ostensionem unde augustinus xxi de civitate dei si remanerent omnes in pena non appareret misericordia gratia redimentis rursum si omnes transferentur de tenebris ad lucem in nullo appareret severitas [illegible] ultionis in qua [illegible] plures [illegible] ut sic appareret quod omnibus debebatur. Si queritur in speciali quare magis vult justificare unum quam alium duobus similibus dicendum quia [illegible] ideo non est [illegible] et ideo cum [illegible] [illegible] non [illegible] veniunt [illegible] nisi [illegible] [illegible] fuit nobis expediens ad salutem [illegible] [illegible] deus voluit revelare et amplius non fuit [illegible] ad [illegible] xi

[illegible]

omnia ab eterno que futura erant / neque presciendo de-

sinunt nisi cum futura esse desinunt / neque tunc presciendo

desinunt aliquid quod ante presciebat / nunquam ea nescit

que ante cognoscebat / Non enim dicitur ex defectu scien-

cie eius quod aliquid prescivit aliquando / et modo non presciat

sed ex racione verbi / quod est prescientia / prescire enim est ante

scire quod fiat aliquid / ideoque non potest dici prescire deus

nisi que futura sunt

Hic ponitur septimum in quo magister videt de sciencia prescitorum quorum / Deinceps deus scit semper scit et scivit / patet / quia omnem scientiam quam aliquando habuit semper habebit / Contra hoc quod magister opponit in littera sic / Deus aliquando scivit hunc hominem nascitu-rum quem tunc homine generato / et illud modo non scit / Quia hec est falsa / iste homo est nasciturus / Videtur magister / quod eandem rem et idem verbum que res significabatur prescitorum hic homo est nasciturus / iste deus scit / et scivit et ab eterno scivit sua scientia immutabili / quia tunc sciencia diversis vocabulis oportet exprimi propter hoc / quod eadem res scita aliquando est presens / aliquando preterita / aliquando futura / sicut diversis vocabulis eandem diem designamus / quia dum est presens dicimus hodie / dum est preterita dicimus heri / dum futura dicimus cras / Sic prius Christum esse nasciturum / nos autem credimus ipsum natum / et tamen eandem fidem habemus ad illum / Dubitatur utrum eternalia et complexa quod deus semel cognoscat semper cognoscat / Respondetur sciencia dupliciter accipitur / uno modo prout re-flectitur in se / 2o modo prout est sciencia hec vel illa cognitionem habens / et ita sciencia capitur pro simplici cognitione / ita quod sciencia nichil quod opposite sciencia actualem nec veritatem nec privationem / Alio modo sciencia capitur pro cognicione que consistit in obiecto adeptam / 2o quod veritatem in obiecto / 2o scientia eternale quod sciencia ipsum esse verum / unde dicitur / scio te sedere / non tantum habeo cognicionem / sed et verum esse hoc cognosco

Hic de sciencia dicitur deum semper scire quod semel scit

De sciencia autem aliter dicimus / Scit enim deus semper

omnia / que aliquando scit / omnem enim scienciam quam

habet semper habuit et habet et habebit. Adhuc
autem opponitur ita: olim sciuit hunc hominem nasci
tempus quo natus est, modo non scit eum nasciturum. sciuit
ergo aliquid quod modo non scit. Item sciuit
mundum esse creandum, modo non scit eum creandum. ergo
ergo sciuit quod modo non scit. Et alia similia
infinita inducunt. Sed ad hoc dicimus idem
de natiuitate huius hominis et mundi creatione. nec
etiam scit quod sciebat antequam fieret, licet tunc et nunc
hanc scientiam eius diuersis exprimi verbis oporteat
vt ita quod tunc futurum erat, nunc preteritum est. Verba tamen
commutanda sunt ad ipsum designandum. sicut diuersis
temporibus loquentes eandem diem, modo per hoc aduerbium cras
designamus diem adhuc futurum est, modo per hodie diem
presentem est, modo per heri diem preteritam est. Ita antequam crearetur
mundus sciebat deus hunc creandum, postquam creatus
est scit eum creatum. nec hoc est scientiam diuersam. sed
omnino idem de re mundi creatione. Sicut antiqui patres

crediderunt xpm nasciturum et moriturum. Nos autem credimus eum iam natum et mortuum. Nec tamen diversa credimus nos et illi, sed eadem. Tempora enim ut ait Aug. variata sunt, et ideo verba mutata non fides. Indubitanter igitur teneamus deum semper omnia scire, que aliquis scit

[Marginal gloss: Et diversitas temporum non impedit unitatem rei credite quia obiectum fidei est res que non variatur propter diversitatem nominum. Si autem est temporum diversitas, ... de fide ... ad ... credit ... predicatum ... fides est ...]

Utrum reprobatio possit immutari precibus sanctorum

Et sic arguitur quod illud quod est prenotum omnibus et ... hoc est impeditum alterius maxime si sit ... Sed absque medio aut homo vel est predestinatus vel reprobatus, et predestinatio immutari precibus. Et Aug. igitur reprobatio poterit commutari et impediri precibus sanctorum. Contra arguitur in inferno nulla est redemptio unde illud et ibunt hii in ignem eternum, sed reprobati sunt ad dampnacionem inferni deputati ergo etc. Pro solutione huius questionis videndum est de ... reprobationis. Primo de causa predestinationis. Secundo an predestinatio immutari possit precibus sanctorum. Tertio de tertio an reprobatio possit commutari precibus sanctorum. Quantum ad primum videndum est utrum reprobationis possit assignari aliqua causa, ex isto quod ad penam eternam nullus deputatur a iusto iudice sine precedente causa, sed reprobatus est a deo iusto iudice ad penam eternam deputatus ergo etc. Sed tamen est magna dubitatio cuiusmodi causa possit assignari. Ad quod videtur Tho. de argentina dicit quod sicut reprobati qui decedunt de hoc seculo sunt in duplici statu, ita oportet reprobationis pro assignari duplicem causam reprobationis. Secundum quod sunt adulti quidam parvuli. Quantum ad adultos causa reprobationis potest dici mala usus liberi arbitrii usque ad finem duraturus ab eterno a deo prescitus. Sed quantum ad parvulos ut dicit iste doctor potest assignari hoc modo quia ipsi decedunt sine sacro baptismate, et quantum ad illos causa reprobationis potest dici ineptitudo vel inhabilitas ad recipiendum divine gratie influentiam ab eterno a deo precognita, que inest ipsis parvulis cum ... vel ex causa naturali quia ex debilitate complexionis cito moriuntur quam baptizari non possunt et ita ab ista vita decedunt in peccato originali quod autem reddit inhabiles ad recipiendam gratiam, vel ex causa voluntaria voluntate tamen aliena ut quia nascuntur et nutriuntur ab infidelibus qui eos nolunt baptizare. Et quia reprobatio parvulorum non reducitur in eorum propriam culpam, ideo adulti reprobati non solum debent pena dampni, sed etiam pena sensus a deo iusto iudice, parvulis autem tantum pena dampni debetur, que est carentia visionis dei. Quantum ad secundum articulum dicit iste doctor Tho. de argentina quod causa predestinationis adultorum potest bonus usus liberi arbitrii ab eterno a deo precognitus finaliter in operibus duraturus, quem usum bonum finalem deus ab eterno contemplans preposuit talibus hominibus huiusmodi usum habituris.

[Marginal gloss: Iuxta quod agit b. Aug. in libro de bono perseverantie si non dum sunt vocati pro illis ut vocentur oremus, fortasse enim sic predestinati sunt ut nostris orationibus concedantur.]

[Marginal gloss: Salus tuorum ...]

sic dare gratiam in presenti vita finalem ut meritis eius provenientibus sint ad gloriam
causam autem praedestinationis quorundam dicit iste doctor esse aptitudinem vel bapti-
smalis gratie quam deus praevidens ab aeterno ipsos ad salutem praedestinavit et
ista aptitudo quandoque est aliquos naturaliter quia contingit eos esse tam fortis complexionis
quod possunt durare in vita donec baptizentur et aliquos voluntarie, voluntate tamen aliena
puta quia tales sunt parentes qui eos baptisare procurant. Et arguit ille doctor
pro sua opinione sic: deus enim apud apostolum est dives in omnia sed si reprobaret aliquem sine
causa tunc in tali actu nichil inde reluceret. Item allegat ad hoc illud
[illegible] possunt hos praedestinari ad [illegible]. Item dicit beatus Ambrosius super
illud miserebor cui voluero etc. id est misericordiam illi dabo quem prescivi toto corde reversurum
ad me. Item Augustinus libro 3 contra [illegible] libro 8 deus cui vult miseretur et quem
vult indurat, per hoc tamen dei bonitas iniusta esse non potest, venit enim de occul-
tis meritis. Sed quia hanc opinionem videntur tenere alii solempnes doctores scilicet
Thomas et Egidius cum dicunt quod licet possit in generali assignari causa praedestinationis
et reprobationis ut dicendo quod aliqui sunt praedestinati ut in eis reluceat dei misericordia et
bonitas divina, alii vero reprobati ut in eis reluceat divina iustitia, nulla tamen
potest assignari causa in speciali quare isti sunt praedestinati et isti reprobati nisi voluntas
divina. Et hoc declarant ipsi per exempla et rationes. Exemplum primo naturale sic: quia cum
materia prima in se sit uniformis in omnibus suis partibus tamen alia eius pars stat
sub forma perfectiori et nobiliori et alia vero sub minus nobili et minus perfecta,
cuius causa bene potest esse quia hoc congruit diversitati formarum perfectionis,
sed in speciali videlicet quare haec pars materie stet sub forma ignis, haec sub forma aque non potest
assignari causa nisi voluntas divina. Exemplum etiam artificiale declarant. Unde sic: cum
sint duo lapides omnino consimiles et per omnia complexi, unus tamen ponitur supra et alius
infra, cuius tamen in speciali non potest assignari causa vel ratio nisi voluntas artificis
cui sic placet. Unde tamen ex hoc sequitur deum facere esse iniustum circa reprobatos et circa
praedestinatos ut sic quia non reddit alicui quod meruit, sed quod gratia est dico ut quia inventa
haec in via vitae aeternae saltem de congruo quia in gratuitis non attenditur iustitia vel
iniustitia sed potest ipse dispensare sicut vult dare alteri plus et alteri minus. Unde dicit
paterfamilias Math. 20 amice non facio tibi iniuriam et infra non licet mihi
facere quod volo etc. Et similiter tamen pro temporalibus sic nullum temporale potest esse causa vel
ratio alicuius aeterni sed omne quod se tenet ex parte creature est temporale, praedestinatio autem est
aeterna sicut et reprobatio ergo etc. Item illud quod est effectus praedestinationis non potest esse
causa eius saltem in eodem genere causae. Sed bonus usus liberi arbitrii est effectus praedesti-
nationis ut colligitur supra ex dictis distinctione proxima. Item si praedestinatio haberet
causam ex parte praedestinati tunc gratia dei haberet causam ex parte praedestinati, falsum patet per
apostolum qui ad Ro. 11 ait si gratia est ex meritis iam non est gratia. Et ibidem post
exemplum quod ponitur capitulo 9 loquens de Esau et Jacob dicit cum enim nondum nati essent
aut aliquid boni vel mali egissent, sicut electionem non ex operibus dicit Jacob dilexi,
Esau autem odio habui. Et post apostolus ibidem facit exemplum pro ista opinione
de lutifigulo qui de eadem massa facit unum vas in honorem et aliud in contumeliam
sicut sibi placet et non potest vas dicere cur sic me facis ergo etc. Videtur mihi

[illegible] ... beatus stephanus ... paulus salvatus ... ab ... ordine salvandi

et ad bonum utilem posset ... absolute ... sustinere ... debite ... in ... gratie ... sunt in ... ad ... dicto ... istud ad ... predestinatus ... aliud ... ad ... et ... pono duas ... predestinacio ... predestinatis ... ab eternis ... predestinacio ... ad ... et suorum ... esse ... ita ... deus ... naturalem ... effectus ... alius ... ordinat ... predestinatos ... istud ad ... effectus ... et ... beatus dyonisius ... ubi ... tollit ... ordinavit super ... ut deus ... effectus et ... ad ... ab ... reprobacio ... ad ... sunt finaliter ... reprobatus ... ordinat ... et omnipotente iudice ... ab ... verbo ... quod ... domini ... reprobatos ... salvat ... sola voluntate ... sicut ... salvare ... non obstat ... quod legitur ... ordines sancti gregorii troyanus imperator fuit liberatus de inferno et de liberata fuit ab inferno quia ... et ... ideo non est ... salute predestinatorum ...

Distinctio xliij. Postquam magister egit de scientia dei a distinctione ... hic agit de eius potentia et ... de potentia dei voluntate ita quod deus omnia posset et ... deus dicitur omnipotens ... questio ... an omnia ... quod ... omnia ... legis ... de deo loquens ... quid ... si ... nisi quod

convenit veritati et iustitie eius. Postea dicit quod deus potuit omnia simul facere, sed ratio prohibuit, id est voluntas. Notandum secundum veritatem iustitia uno modo est quod exigentia meritorum, et [illegible] dicitur [illegible] / Alio modo dicitur condecentia bonitatis, et ut sic comprehendit iustitiam et misericordiam, et sic dicitur sicut est accepta ab Augustino, ut sic enim distinguitur a veritate. Licet enim idem sint iustitia et veritas secundum rem, tamen differunt secundum modum dicendi, quia veritas respicit unamquamque rem in se, sed iustitia respicit unam rem comparatam ad aliam, secundum quod per leges debitas colligatur una alteri. Et ita hic sumunt doctores. An deus aliquid posset de potentia quod non posset de iustitia, quia Gregorius super i Genesis dixit non possum quicquid facere. Dicit [illegible] dicit sine dubio potuit per potentiam, sed non per iustitiam. Et allegatur super hoc [illegible] ad hoc videtur per distinctionem [illegible] propositas, quia ut iustitia dicit condecentiam sue bonitatis, quicquid potest de potentia hoc potest de iustitia, bonitati enim sue [illegible] decet ut posset quicquid posse potentie est. Si autem iustitia dicit condecentiam meritorum, sic non quicquid potest de potentia potest inquantum exigentia meritorum, meritorum enim aliquid dum [illegible] fecit de facto. Alia distinctio [illegible], cum in deo idem sit facere de facto et de iure, tamen apud homines non est sic. Tamen deus non potest facere nisi quod iustum est, sicut est communiter id est si faceret iustum esset. Postea notandum quod divina voluntas est ratio bonitatis, ars prima et summa. Unde quod corpus quod vult aliquid facere, illud bene fit et artificialiter seu perfecte fit. Sicut si aliquis artifex aliquid facit ex arte quam habet, illud et bene et artificialiter fieret. Si autem aliquid fiet non ex arte sed ex casu, illud nec dicitur bene nec artificialiter fieri, quia non quaeritur arte. Unde opus bene fit ex virtute de artificio et bene fieri. Si autem aliter, tunc non quia caritas est ars sua et bonitas omnium meritorum. De omnipotentia dei considerandum est primo ubi quare dicatur omnipotens

Nunc de omnipotentia dei agendum est. Ubi prima

consideratio occurrit, quomodo vere deus dicatur omni-

potens, an quia omnia possit, an tantum quia ea possit que

vult. Et enim deus omnia possit, pluribus aucto-

ritatibus comprobatur. Ait enim Augustinus in libro questionum

veteris et nove legis: Omnia quidem potest deus,

non facit nisi quod convenit veritati eius et iustitie.

Idem in eodem: Potuit deus cuncta simul facere, sed

ratio prohibuit, id est voluntas bone nempe voluntas dei

[illegible] ut dicit [illegible] quod voluntas [illegible] Sed [illegible] quod aliud [illegible] aliquid non [illegible] sed in voluntate quod [illegible] ad esse [illegible] in voluntate i. [illegible] non esset congruitas [illegible] ullo creatura aliquid facit nullus primus motus esset et [illegible] exigebat ut deus non facit omnia simul licet possit. [illegible] autem sic non est [illegible] sed [illegible] possibilis. Non enim deus potest aliquid facere quod non sit conveniens [illegible] ut de [illegible] potentia ut [illegible]

[illegible]

appellavit quia dei voluntas rationabilis est et equissima. fatendum est ergo deum omnia posse

Capitulum 2m in quo obicit contra iam dictum quod deus potest / nos homines multa possumus que deus non potest / ergo non sequitur quod deus omnia potest / arguitur quia possumus ambulare, loqui, videre, comedere, tamen deus non potest / quia non sua natura incorporea non potest habere instrumenta talium actionum. Sed tunc ibi / Quibus / respondet ad obiectionem / et dicit quod huiusmodi actiones ambulare consistunt in potestate dei / et non sunt aliene a dei potentia / quia deus facit tales creaturas, licet tales non possit in se habere / quia hoc non competit perfectionis sed imperfectionis. Notandum quod b. t. / quamvis omnes perfectiones creature a divina perfectione exemplate et deducte sunt, tamen eas deus perfectius habet quam aliqua creatura / potentia ergo creature et a perfecta [illegible] et a perfecto posse deficiat / cum ergo creature in tali gradu vel in tali [illegible] / non tamen oportet quod deo attribuatur / unde licet [illegible] lapidis dicatur exemplata ab essentia divina, non tamen [illegible] deus esse lapidem / Ita etiam non dicatur potentia ambulandi que potentia dei licet exemplatur a potentia dei / quia ipse deus competit proprie potentia ambulandi. Notandum etiam quod [illegible] dicitur omnia / cum dicitur deus potest omnia duplex capi potest / uno modo [illegible] ut sit sensus [illegible] ad suppositum tanquam accidens ad subiectum / quia [illegible] semper est in [illegible] / alio modo [illegible] supponit / et non retorquet illud ad suppositum tanquam accidens ad suum subiectum / unde tamen quia non [illegible] deus potest omnia / ergo potest [illegible] quia est fallacia accidentis / quia in ante [illegible] accusativa illius omnia non referebatur ad suppositum ut accidens ad subiectum / in consequente iam refertur / quia est infinitus [illegible] qui ponitur loco illius retorquet [illegible] ad nominativum tanquam accidens ad suum subiectum / unde licet deus non potest [illegible] potest tamen quod [illegible] vel [illegible] alio. Quomodo deus dicatur omnia posse cum nos multa possimus que ipse non potest

Sed queritur quomodo deus omnia posse dicatur, cum nos quedam possimus que ipse non potest. Non enim potest ambulare, loqui et huiusmodi, que a natura divinitatis penitus sunt aliena, cum hec instrumenta nullatenus habere queat, scilicet corporea, simpliciter quia sola[?]. Quibus id modicum arbitror quia huiusmodi actiones ablatio et locutio et huiusmodi a dei potentia aliene non sunt, sed ad

Dicit Boethius omnis actus potentiam quam ab eis egreditur ... in quo constitute sunt ... licet non attribuunt divine potentie ut ... reducuntur in deum ut in causam ... ergo non dicas deum ambulare vel pati ...

ipsum pertinet. licet enim huiusmodi actiones deus in se

habere non possit. non enim potest ambulare vel loqui et

huiusmodi. eas tamen in creatura potest operari. facit enim ut

homo ambulet et loquatur et huiusmodi. non

ergo per istas actiones divine potentie detrahitur

aliquid. quia et hoc potest facere omnipotens.

Capitulum iii in quo aliter obiciunt ... dicentes deus non potest peccare nec mentiri ergo non est omnipotens. ... Sed non ideo ... respondet negando ... quia peccare non dicitur posse. non enim potentie est, sed infirmitatis. Quod si deus posset peccare non esset omnipotens. et hoc declarat ... Augustinus ... dicens Magna est dei potentia non posse mentiri ... in aliquibus peccare sunt ... in aliis ... dei ... potentie ... sicut quedam sunt laudabilia in aliquibus ... dicitur ... in aliis vituperabilia ... quod est laudabile ... est laudabile ... sed ... in homine est vituperabile ... potest ... in deo ... blasphemia in deo.

De aliis obiectionibus

Sed sunt alia quedam, que deus nullatenus

facere potest, ut peccare. non enim potest mentiri, non potest

peccare. Sed non ideo omnipotentie dei aliquid

detrahitur vel derogatur si peccare non posse dicitur.

quia non esset hoc potentie sed infirmitatis.

Si enim hoc posset, omnipotens non esset. Non igitur impotentie

sed potentie imputandum, quod ista non potest. Unde.

Augustinus .xv. li. de trinitate. Magnam mentis dei et potentiam

non posse metiri. Sunt enim quedam que in aliis rebus

potentie deputanda sunt, in aliis vero minime. Et

que in aliis laudabilia sunt, in aliis reprehensibilia

sunt. Non ergo ideo deus minus potens est, quia peccare non potest

cum omnipotens nullatenus sit, qui hoc potest.

[illegible]

Sunt etiam et alia quedam, que deus non

potest, unde videtur non omnia posse. Non enim potest mori

vel falli. Unde Augustinus i. li. de symbolo. Deus omnipotens

non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri.

non potest vinci, hoc utique et huiusmodi absit ut possit omnipotens.

Si enim huiusmodi passionibus ac defectibus subiaci posset,

omnipotens minime foret, et inde magis omnipotens

quia hec ei propinquare non valet, potest tamen hec

in aliis operari.

Nam continuando in quo ostendit per que quibus comprehenditur dei omnipotentia, et dicit duo quod ipse nichil patitur, duobus scilicet modis quod ipse facit omnia que vult. Secundum est quod ipse nichil patitur, quod utroque verissime dicitur omnipotens, quia ratione primi nichil potest impedire secundum quod deus, et quod eius voluntatem. Et ratione secundi nichil potest ei inferre corruptionem vel passionem. Concludit ergo quod nichil potest pati et quod omnia potest que posse est potentie, et quod quibus dignitas eius non leditur vel minuitur. Secundo [illegible] quod dicit [illegible]. Quod ratione potentie est [illegible] ad similitudinem suam imponitur non posse pati, quia valde agere [illegible] eius potentia minuitur, eo quod potest ab aliquo pati [illegible] et id quod non potest [illegible] impediri et eius potentia minuitur, licet etiam nichil possit agere [illegible] potest [illegible] quod [illegible] potentia [illegible] pati. Licet etiam nichil possit agere [illegible] ostendi ne sequatur quod quo agit [illegible] quod in deo est perfecta [illegible] actu [illegible] quia eius actu quod convenit sibi [illegible] actu purus [illegible] nichil enim agit nisi secundum quod est eius actu [illegible] convenit sibi quia ipse est actus purus sine commixtione [illegible], quia nichil patitur quod non convenit sibi, quia ipse est actus purus sine commixtione materie, quia unumquodque patitur secundum quod est aliquid materialis in ipso.

Quod omnipotentia dei secundum duo consideratur.

Sic igitur diligenter considerantibus omnipotentia eius

secundum duo apparet, scilicet quod omnia facit que vult, et

nichil omnino patitur. Secundum utrumque deus omnipotens

verissime predicatur, quia nec aliquid est quod ei

ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid

ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est

utique deum omnino nichil posse pati, et omnia facere

posse, preter ea sola quibus eius dignitas lederetur.

eius quia excellentie derogaretur / in quo tamen non
est vere omnipotens / hoc enim posse non est posse / sed
non posse / nemo ergo deum impotentem in aliquo
dicere presumat / quia omnia potest que posse potentie est / et inde
vere dicitur omnipotens

Capitulum sextum in quo obiciuntur auctoritates sanctorum contra aliqua dicta et que videntur ponere quod deus non dicitur omnipotens ideo quod omnia possit sed ideo quia omnia potest que vult et quia nichil potest esse sue potentie impedire et ad hoc inducit tres auctores / scilicet Augustinum et Crisostomum / ... Ex quibusdam auctoritatibus traditur quod ideo dicitur omnipotens quia potest quicquid vult

Ex quibusdam tamen auctoritatibus traditur ideo
vere dici omnipotens / quia quicquid vult potest / unde
Augustinus in enchiridion / non ob aliud veraciter vocatur
omnipotens nisi quoniam quicquid vult potest / nec voluntate
cuiuspiam creature / voluntatis omnipotentis impeditur
effectus / Idem in libro de spiritu et littera / non potest deus facere iniusta / quia ipse est summa iustitia et bonitas
/ omnipotens vero est / non quod possit omnia facere sed quia
potest efficere quicquid vult / ita ut nichil valeat eius
voluntati resistere / quin compleatur aut aliquo modo impedire eandem / Iohannes Crisostomus in omelia quadam

de expositione symboli aut Omnipotens dicitur quia

posse illius non potest inveniri non posse | dicente propheta

omnia quecumque voluit fecit | ipse et ergo omnipotens

ut totum quod vult possit | unde Apostolus cuius rei

voluntati quis resistit | His auctoritatibus videtur

omnino quod deus ex eo tantum dicatur omnipotens quod omnia

potest que vult | non quia omnia possit.

Textus septimus | in quo magister respondet ad iam obiecta et vult. Cum Augustinus dicens quod deus non dicitur omnipotens ex eo quod omnia possit | ibi accipit ly omnia tam ample ut includat tam bona quam mala | que mala deus non potest | Et cum Augustinus dicit quod deus non ob aliud dicitur omnipotens nisi ex eo quod quicquid vult potest | intendit Augustinus quod per hoc non negat eum posse etiam ea que non vult | Sed hoc dixit contra aliquos | qui dicebant deum multa velle que non potest | et contra illos dicit deum posse velle quecumque vult. Notandum quod ratio omnipotentie duo includit | unde est illud cum est ... deus potest quecumque potentia est et in hac tamen concluditur | primo coactio | 2o impedimentum | 3o indigentia | non enim potest cogi nec potest impediri | nec indiget adiutorio instrumenti vel materie subiecte | Secundum est ad que est | sic omnipotens ad faciendum | sic dicit Augustinus dicendo quod omnia faciens factus non est | deo omnipotens quod de nichilo fecit quod fecit | non solum mundi fabricam sed celum et terram ... est etiam omnipotens ad nichil pertinendum | et nichil est quod ipse posset ... corruptum etc.

Declinatio premissarum auctoritatum

Sed ad hoc potest dici quod Augustinus ubi dicit omnipotens

non dicitur quod omnia posset etc. tam ample et generaliter

accepit omnia | ut etiam mala includeret que deus non

potest | nec vult | non ergo negavit eum posse omnia que

convenit ei posse | Similiter cum dicit non ob aliud ni-

si dicitur omnipotens | nisi quia quicquid vult potest | non negat eum

posse omnia, etiam ea que non vult, contra adversus illos, qui dicebant deum multa velle que non potest. affirmat eum posse quicquid vult, et ideo recte dici omnipotentem non ob aliud nisi quia potest quicquid vult.

